

Monotesteron sine

dicēs **S**urge et accipe puerū et matrē eius et vade in terrā isrl. Defuncti sūt enī qui q̄rebant aiām pueri Qui vsurgens accepit puerū et matrē eius et venit in terrā isrl Audiēs autē q̄ Archelaus regnaret in iudea pro herode p̄re suo timuit illo ire Et admonitus in somnis secessit in ptes galilee Et ventens habitauit in ciuitate q̄ vocat̄ nazareth vt adimpleret̄ qd̄ dictū est per p̄phetā qm̄ nazarenus vocabit̄

De inuēctione christi pueri in tēplo a paren-

tibus eius. Luc. ij. Et de habitatiōe ioh̄is in deserto. Lu. i. Ca. xi.

Et ibant parētes eius p̄ omēs ānos in iherl̄m in die solenni pasche Et cū factus esset iesus ānoz duodeci. Ascendētibus illis ierosolimā s̄m̄ vsuetudinē diei festi Cōsummatis q̄ diebus cū redirēt remāsit puer iesus in iherl̄m et nō cognouerūt parētes ei⁹ Existimātes autē illū esse in comitatu. venerūt iter diei et req̄rebāt eū inter cognatos ⁊ notos. ⁊ nō inuenientes regressi sūt in iherl̄m req̄rentes eū Et factū est post triduiū inuenerūt illū in tēplo sedentē in medio doctoꝝ audientē illos ⁊ interrogantē Stupebāt autē omēs qui eū audiebāt sup̄ prudentia et respōsione eius Et vidētes admirati sūt Et dixit mater ei⁹ ad illū fili qd̄ fecisti nob̄ sic? pater tuus et ego dolētes q̄rebam⁹ te Et ait ad illos. Quid est qd̄ me q̄rebatis? An nesciebatis q̄a in his que p̄ris mei sūt oportet me esse? Et ipsi nō intellexerūt verbum qd̄ locutus ē ad illos Et descēdit cū eis et venit nazareth et erat subditus illis Et mater ei⁹ cōseruabat om̄ia verba conferens in corde suo Et iesus p̄ficiēbat sapiētia et etate ⁊ gr̄a ap̄d̄ deū et homies Puer autē ioh̄es crescebat et cōfortabāt̄ spiritu et gr̄a Et erat in deserto vsq̄ in diem ostensionis sue ad israel.

Pr̄ius positū est hoc a luca sed h̄ repetit̄ pro cōtinuatione sequentiū

Incipit sc̄da ps̄ principalis huius libri

predicatiōis Rubrica. xij. De predicatione

et baptismo ioh̄is in deserto. M. iij. R. i. L. iij. Ca. xij.

Homo fuit missus a deo cui nomen erat ioh̄es.

Anno at̄ q̄ntodecimo Imperij Tiberij cesaris p̄curante pontio pilato iudeā Tetrarcha autē galilee herode Phelippo autē fratre eius tetrarcha ituree et traconitidis regionis et lisania abiline tetrarcha sub principibus sacerdotum Anna et caypha factū est verbū domini sup̄ ioh̄em filiū zacharie in deserto Et venit in omnē regionē iordanis predicās. L. R. baptismā penitētie in remissionē peccōꝝ sicut. L. sc̄ptū. R. M. ē in

libro s̄monū ysaie p̄ph̄e Initū. R. euāgelij iesu xp̄i fili dei sic scri-
 ptū ē in ysaia p̄ph̄a **Ecce mitto āgelū meū añ faciē tuā qui p̄pa-
 rabit viā tuā añ te** **Vox. M. R. clamātis. L. R. in deserto parate**
viā dñi rectas facite semitas dei n̄ri. Ois. L. M. vallis implebit
et ois mons et collis hūiliabit Et erūt p̄ua in directa et asp̄ea in
vias planas Et. L. v̄tōebit ois caro salutare dei In. M. dieb̄ āt
illis venit ioh̄s baptista p̄dicās in deserto iudee et dicēs P̄niam
agite et p̄propinq̄bit enī regnū celoꝝ Ip̄e. M. R. aut ioh̄s habe
bat vestimētū de pilis cameloꝝ et zonā pelliceā circa lūbos su-
os Esca āt ei⁹ erat locuste et mel siluestre Tūc exibat ad eū iero-
solymite et. M. om̄is. R. iudea et ois regio circa iordanē et bapti-
sabanē ab eo in iordane flumie. R. cōsitētes. M. R. p̄c̄ca sua Vi-
dens. M. aut mltos p̄hiseoꝝ et saduceoꝝ veniētes ad baptismū
suū et turbas q̄ exibat vt baptisarent ab ip̄o dixit. M. eis Pro-
genies genimīa. L. viperaz. M. L. q̄s oñdit. L. vob̄ fugere a ven-
tura ira facite ergo fruct⁹ dignos p̄nie. Et ne cepitis. L. velitis
M. dicē intra vos P̄rem habem⁹ abrahā. Dico enī vobis qm̄
potēs est de⁹ de lapidib⁹ istis suscitare filios abrahę. Jā enī secu-
ris ad radicē arboris posita ē Om̄is ergo arbor q̄ nō facit fru-
ctū bonū excidet et in ignē mittet. Et. L. in̄rogabāt eū turbe di-
rectes Quid ēgo faciem⁹? R̄spondens āt dicebat illis. Qui h̄z duas
tūicas det vnā nō h̄nti. Et q̄ h̄z escas s̄lt faciat. Venerūt aut et
publicani vt baptisarent Et dixerūt ad illū Maḡr q̄o faciemus?
At ille dixit ad eos Nil apli⁹ q̄ q̄ cōstitutū est vob̄ faciatis.
In̄rogabāt aut et eū milites dicētes Quid faciem⁹ et nos? Et
ait illis Neminē c̄curtiatis neq̄ calūniāz faciatis et t̄nti estote
stipēdijs v̄ris. Estimāte aut p̄plo et cogitātib⁹ oibus in corde
suo de ioh̄e ne forte ip̄e ess̄t xp̄s R̄spondit ioh̄s dicēs oib⁹ Ego. M.
quisdē. L. R. aq̄ baptiso vos in p̄niam. M. Qui aut p̄ me vētur⁹
ē fortior me est cui⁹ nō sū dignus calciamēta portare et. R. p̄c̄-
bens solue. R. L. corrigiā calciamētoꝝ ei⁹. Ip̄e. M. vos. R. L. ba-
p̄tisabit in spū s̄cto et. R. igne. L. cui⁹ ventilabzū in manu eius
et pmūdabit et purgabit. L. areā suā et cōgregabit triticū in hoz-
reū suū. paleas āt cōburet igni inextinguisib̄l. M̄lta. L. q̄dē et alta
exhortās euāgelisabat p̄plo. Et s̄m. R. ē in dieb⁹ illis. Venit ie-
sus a nazareth galilee i iordanē. M. ad ioh̄ez vt baptisaret ab
eo Ioh̄s āt p̄hibebat eū dicēs Ego a te deo baptisari et tu vēis
ad me! R̄s āt ies⁹ dixit ei. Sine mō. Sic enī decet nos adimple
re oēm iustitiā tūc dimisit eū. factū est āt dū baptisaretur om̄is

Monotesserón sine

plus et iesu baptisato a iohē in iordane. **R.** festim ascendit de aqua. **Et. L.** eo orāte. **Ecce M.** apti sūt celi. **Et** vidit celos aptos et spm scm dei. **M.** corpali. **L.** specie descēdentē. **M.** sicut columbā et venientē sup se et manentem. **R.** in ipō. **Et. M.** ecce vox de celis facta. **R. L.** est dicēs. **M.** Hic ē filius meus dilectus in quo mihi complacui. **Tu. R. L.** es filius meus dilectus in te cōplacuit mihi

De genealogia cristi scdm Lu. L. iij. C. xij.

Glo.
Quō Joseph duos
os habet patres
s. heli legalem et
iacob carnalem.
quere in postill.

Et ipse iesus erat incipiēs q̄si annoz. xxx. vt putabat filius ioseph q̄ fuit hely q̄ fuit mathat. q̄ fuit leui. q̄ fuit melchi qui fuit Janne. qui fuit ioseph. q̄ fuit mathathie qui fuit amoz. qui fuit naū. q̄ fuit hesli. q̄ fuit nagge. q̄ fuit maath. q̄ fuit mathathie. qui fuit semei. qui fuit ioseph. qui fuit iuda. qui fuit iohāna qui fuit resa. qui fuit zozobabel. q̄ fuit salathiel. qui fuit neri. qui fuit melchi. q̄ fuit addi. q̄ fuit thosan. qui fuit elmadan qui fuit her. q̄ fuit ihesu. qui fuit heliezer. qui fuit iozim. q̄ fuit mathat. qui fuit leui. q̄ fuit simeon. qui fuit iuda. q̄ fuit ioseph. q̄ fuit iona. qui fuit elyachim. q̄ fuit melcha. q̄ fuit mēna. q̄ fuit mathatha. qui fuit nathan. q̄ fuit dauid. qui fuit iesse. q̄ fuit obeth. qui fuit booz. q̄ fuit salmō. qui fuit naason qui fuit aminadab. qui fuit aram. q̄ fuit esrom. qui fuit phares. q̄ fuit iude. q̄ fuit iacob. qui fuit ysaac. qui fuit abzabe. q̄ fuit thare. qui fuit nachoz. qui fuit saruch. qui fuit ragau. q̄ fuit phalech. qui fuit heber. qui fuit sale. qui fuit caynā. q̄ fuit arfarat. q̄ fuit sem. qui fuit noe. qui fuit lamech. qui fuit matusalē. q̄ fuit enoch. qui fuit iareth. q̄ fuit malehel. qui fuit caynan. qui fuit enos. qui fuit seth. qui fuit adā. qui fuit dei. (Luc. iij. Ca. xij.)

De ieiunio christi et tentatione. M. iij. R. j.

Sedz narratōez
luce matheus h
poccupat et incer
tū est quis fuerit
ozdo rei geste. vi
de in postillis

Eius autē plen⁹ spū scō regressus ē a iordane et statim. **R.** sps expulit eū in desertū duct⁹. **M.** a spū in desertū vt tentaretur a diabolo. **Et** agebat. **L.** in spū in deſtū. **Et** erat. **R.** in deſto. xl. dieb⁹ et. xl. noctibus et tentabat a sathana et. **L.** nihil manducauit in illis diebus. **Eratoz. R.** cū bestijs. **Et. M.** cū ieiunasset. xl. diebus et. xl. noctibus cōsummatis illis postea. **M.** esurijt. **L.** Et accedens. **M.** tentatoz diabolus. **L.** dixit. **M.** L. illi. **S**i filius dei es dic. **M.** vt lapides isti panes fiāt. **Dic. L.** lapidi huic vt pāis fiat. **Et. M.** rñdit ad illuz iesus. **S**criptū est enim qz non in solo pane viuit homo sed in omī verbo dei. **L.** quod pcedit. **M.** de ore dei. **T**ūc assūpsit illū diabolus in sanctā ciuitatē et duxit. **L.** illū in te

rusalē et **M.** statuit. **L.** illū sup̄ pinaculū tēpli et dixit illi **S**i filius dei es mitte te deorsū **S**criptū est enī qz angelis suis mandauit de te vt cōseruent. **L.** te et qz in manibus. **M.** tollēt te ne forte offēdas ad lapidē pedē tuū **D**ixit illi iesus rursū scriptū est **N**ō tenta- bis dñm deū tuū et reduxit. **L.** eū diabolus **E**t. **M.** iterū assūpsit eū in montē excelsū valde et oñdit ei om̄ia regna mūdi orbis. **L.** terre in momēto t̄pis et gloriā. **M.** eoz et ait. **L.** **M.** ei **T**ibi **L.** potestātē dabo hāc vniuersā et gloriā. **M.** eozū q̄a mihi tradita sūt et cui volo do illa **H**ec. **M.** oia tibi dabo et erūt tua om̄ia si. **M.** cadēs. **L.** adoraueris me **T**ūc dixit illi iesus **I**ude. **M.** sathana **S**criptū. **M.** **L.** est enī dñm deū tuū adorabis et illi soli serues **E**t cōsumata. **L.** om̄i tentatione diabolus recessit ab eo vsqz ad t̄ps et rellequit. **M.** eū **E**t ecce angeli accesserūt et ministrabāt. **M.** **R.** illi et regressus est iesus in virtute spūs in galileā.

De testimonijs ioh̄is de christo Jo. i. Ca. ꝑo

Pharises t̄p̄is

Ioh̄es testimoniū phibet de ip̄o et clamat dicēs **H**ic ēat quē dixi **Q**ui post me vēturus est. ante me factus est. qui prior me erat **E**t de plenitudine eius nos om̄es accepim⁹ gr̄am pro gr̄a q̄a lex per moysen data est. gr̄a et v̄itas per iesuz xp̄m facta est **D**eū nemo vidit vnqz **U**nigenit⁹ dei filius qui est in sinu p̄ris ip̄e enarravit. et hoc est testimoniū ioh̄is qm̄ miserūe iudei ab ierosolimis sacerdotes et leuitas ad eū vt interrogarent eū **T**u q̄s es? **E**t cōfessus est. et nō negauit **E**t cōfessus est. q̄a nō sū ego xp̄s. et interrogauerūt eū q̄o ergo? **H**elyas es tu? **E**t dixit **N**ō sū. **p̄p̄ta** es tu? **E**t r̄ndit nō **E**t interrogauerūt eū q̄s es vt res- ponsū demus his qui miserūt nos **Q**uid dicis de te ip̄o? ait **E**go vox clamātis in deserto dirigite viā dñi sicut dixit ysaias **p̄p̄ta** **E**t qui missi fuerāt erant ex pharizeis **E**t interrogauerūt et dixe- rūt ei. **Q**uid ergo baptisas si tu nō es xp̄s neqz helyas neqz p̄pheta? **R**ndit ioh̄es dicēs eis. **E**go baptiso in aqua. medius at̄ v̄m stetit quē vos nescitis. ip̄e est qui post me vēturus ē qui āte me sc̄us ē cui⁹ nō sū dignus vt soluā ei⁹ corrigiā calciamēti **H**ec in bethania facta sūt trās iordanē vbi erat ioh̄ānes baptisans. **A**ltera die vidit ioh̄ānes iesum ad se venientē et ait. **E**cce agn⁹ dei ecce qui tollit peccata mundi. **H**ic est de quo dixi. **P**ost me venit vir qui ante me factus est. qui prior me erat et ego nescie- bam eum. sed vt manifestaretur in israel propterea veni ego in aq̄ baptisans **E**t testimoniū phibuit ioh̄es dicēs **Q**uia v̄tōi sp̄m

Monotefferon sine

descendentē quasi colūbā de celo et mansit sup euz et ego nescie/
bam eū sed qui misit me in aqua baptisare ille mihi dixit. Super
quē videris spm descēdentē et manentē sup eū hic est qui bapti/
sat in spū s̄co. Et ego vidi et testimoniū phibui q̄a hic est fili⁹ dei

De vocatione andree petri philippi et na/ thanael. Job p̄mo. Ca. xvi.

Altera autē die stabat itez ioh̄s et ex discipulis eius duo:
et respiciēs iesū ābulantē dixit. Ecce agnus dei. Et audi/
erūt eū duo discipuli loquentē et secuti sūt iesū. Conuer/
sus autē iesus vidēs eos sequētes se dixit eis. quē q̄ritis? qui dixe/
runt ei. Rabbi q̄d dicit̄ interpretatū magr̄ vbi habitas? Dicit eis
Venite et videte. Venerunt et viderunt vbi maneret. et apud
eum manserunt illo die. Hora autē erat quasi decima. Erat autē
Andreas frater simonis petri vnus ex duob⁹ qui audierāt a io/
hāne et secuti fuerāt eū. Inuenit hic p̄mū fr̄ez suū simonēz dixit
ei Inuenimus messiā q̄d est interpretatū xp̄s et adduxit eū ad ie/
sum. Intuitus at̄ eū iesus dixit tu es simon fili⁹ iohāna tu voca/
beris cephas q̄d interpretatur petrus. In crastinū voluit exire in
galileā et inuenit philippū. Et dicit ei iesus seq̄re me. Erat autem
philippus a bethsaida ciuitate andree et petri. Inuenit philipp⁹
Nathanael et dicit. Quez sc̄psit moyses in lege et p̄phe. Inueni/
mus iesū filiū ioseph a nazareth et dicit Nathanael. A nazareth
pōt aliq̄d boni esse? Dicit ei philippus. Venit̄ vide. Vidit iesus
nathanael venientez ad se et dicit de eo. Ecce vere israelita in q̄
dulus nō est. Dicit ei Nathanael vnde me nosti? R̄ndit iesus et
dixit ei. priusq̄z te philippus vocaret cū esses sub ficu vidi te. Re/
spondit ei nathanael et dixit Rabbi tu es filius dei tu es rex isrl̄
R̄ndit iesus et dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis ma⁹
his videbis. Et dicit eis. Amen amē dico vobis. Videbit̄. celū
aptū et āgelos dei ascēdētes et descēdētes sup filiū hominis.

De mutatione aque in vinū Jo. ij. Ca. xvij.

Tertia die Nuptie facte sūt in chana galilee et erat ma/
ter iesu ibi. vocatus est autē iesus et discipuli ei⁹ ad nupti/
as. Et deficiente vino dixit mater iesu ad eū. vinū nō ha/
bent. Et dixit ei iesus. Quid mihi et tibi est mulier? Nondū venit
hora mea. dicit m̄r eius ministris q̄dcūqz dixēit vob facite. Erāt
autē ibi lapidee yorie sex posite secundū purificationē iudeorum
capl̄etes singule metretas binas v̄l trinas. Dicit eis ihs Imple/

te ydras aqua. et impleuerit eas vsq; ad sumū Et dicit eis iesus haurite nūc. et ferte Architriclino et tulerūt **U**t autē gustauit architriclin⁹ aquā vinū factā et nō sciebat vñ esset. ministri autē sciebant qui hauserāt aquā. vocat sponsū architriclinus et dicit ei. **V**is hō p̄mū bonū vinū ponit et cū inebriati fuerint tūc id qđ dicitur ē. tu autē suasti vinū bonū vsq; adhuc **H**oc fecit initium signorū iesus in chana galilee et manifestauit gloriā suā et crediderunt in eum discipuli eius. (templū hoc Job. ij. Cap. xvij.

De primo aduētū ei⁹ ad pascha Et soluite

Post hoc descēdit in capharnaū ipse et m̄r eius et f̄res ei⁹ et discipuli eius et ibi māserūt nō multis diebus **E**t p̄erat pascha iudeoz **E**t ascēdit iesus ierosolimā et inuenit in tēplo v̄dētes boues ⁊ oues ⁊ colūbas ⁊ numularios sedentes **E**t cū fecisset q̄si flagellū de funiculis om̄es eiecit de templo **O**ues quoq; et boues et numularioz effudit es. et mensas subuertit **E**t his qui colūbas vendebāt dixit **R**uferte ista hinc ⁊ nolite facē domū p̄ris mei domū negociatōis **R**ecordati x̄o sūt discipuli eius qz sc̄ptū est zelus dom⁹ tue comedit me **R**nd̄erunt ego iudei et dixerūt ei **Q**đ signū oñdis nob̄ qz hec facis? **R**nd̄it iesus et dixit eis soluite tēplū hoc et in tribus diebus excitabo illud **D**ixerūt ergo ei iudei qđraginta et sex āns edificatū ē templū hoc et tu tribus dieb⁹ excitabis illud **I**lle autē dicebat de tēplo corpis sui **C**ū g⁹ surrexisset a mortuis recordati sūt discipuli eius qđ hoc dicebat **E**t crediderūt sc̄pture et s̄moni quē dixēat iesus **C**ū esset ierosolomis in pascha in die festo multi crediderūt in nomine eius **V**idētes signa que faciebat **I**pse autē iesus nō credebatur semet ip̄m eis eo qđ ipse nosset om̄es **E**t qz op⁹ ei non erat vt q̄s testimoniū phiberet de hoīe **I**pse enī sciebat qđ esset in hoīe.

Colligit et euangelio Jo. qđ chrisus fuit ad min⁹ ad triplex pascha licet alij euangeliste de vnico solū faciāt mentionem. et inde vēit apud aliquos naturaliter rōnis ⁊ fusio ponētes h̄ pascha cas ultimo

De Nicodemo Jo. iij.

Ca. xix.

Erat autē hō ex pharizeis Nicodemus nomine p̄nceps iudeoz. hic venit ad iesū nocte et dixit ei Rabbi scim⁹ qz a deo venisti magr̄ **R**emo enī p̄t hec signa facē qđ tu facis nisi fuerit deus cū eo **R**nd̄it iesus et dixit ei **A**mē amē dico tibi nisi q̄s renat⁹ fuerit denuo nō p̄t videre regnū dei **D**ixit ad eū **N**icodem⁹. quō p̄t hō nasci cuz sit senex? **Q**ū qđ p̄t in ventre m̄ris sue itreato introire et renasci? **R**nd̄it iesus **A**mē amē dico tibi nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄ ⁊ spū n̄ p̄t introire in regnū dei. qđ natū ē ex

carne caro est et quod natus est ex spiritu spiritus est. Non mireris quia dixi tibi. oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis et nescis unde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri. Respondit ei Iesus et dixit ei. Tu es magister in Israel et hec ignoras? Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur et quod vidimus testamur et testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis quomodo si dixerim vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltavit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium hominis ut omnis qui credit in illo non pereat sed habeat vitam eternam. Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum sed ut salvet mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicabitur. Qui autem non credit iam iudicatus est quia non credit in nomine unigeniti filii dei. hoc est autem iudicium quia venit lux in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucem et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius qui autem facit veritatem venit ad lucem ut manifestentur opera eius quia in deo sunt facta.

De querela quod Iesus baptisabat Jo. iij.

Capitulum. xxx.

Non pro se sed discipulos suos ut dicitur infra

Post hoc venit Iesus in Iudeam terram et discipuli eius et illic demorabatur cum eis et baptisabat. Erat autem et Iohannes baptisans in Ennon iuxta Salim quia aqua multe erant illic et veniebant multi et baptisabantur. Non dum enim fuerat missus Iohannes in carcerem facta est ergo questio ex discipulis Iohannis cum Iudeis de purificatione et veniebant ad Iohannem et dixerunt ei. Rabbi quod erat tecum trans Iordanem cui tu testimonium prohibuisti. Ecce hic baptisat et omnes veniunt ad eum. Respondit Iohannes et dixit. Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de celo. Ipsi vos mihi testimonium prohibetis quod dixerim. ego non sum Christus sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illud oportet crescere me autem minui. quod de sursum est super omnes est quod est de terra de terra est et de terra loquitur. quod de celo venit super omnes est et quod vidit et audiuit hoc testatur et testimonium eius nemo accipit. qui autem accipit eius testimonium signavit quia deus verax est quem enim misit deus verba dei loquitur. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Pro diligit filium et omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium habet vitam eternam. qui autem incredulus est filio non videbit vitam sed ira dei manet super eum.

De incarcerationione iohis. M. xliij. R. vi.

Herodes. L. aut tetrarcha cū corripebat L. iij. Ca. xxi.
 a iohē de herodiade vxore philippi. R. fr̄is sui q̄a duxer̄
 rat eā. et. L. de oibus malis que fecit herodes Dicebat
 M. enim illi ioh̄s Nō licet tibi h̄re. R. vxorē fr̄is tui Adiecit. L. et
 hec herodes sup̄ om̄ia tenuit. M. ioh̄em et alligauit eū et posuit
 M. L. eū in carcerē p̄pter. M. herodiadē vxorē fr̄is sui. Herodias
 M. aut̄ insidiabatur ei ⁊ volebat occidere eū nec poterat Herodes
 aut̄ metuebat ioh̄em. sciens eū virū sc̄m et iustū et. M. volens eū
 occidere timuit populū qz sicut p̄ph̄am eū hēbant ⁊ custodiebat
 R. eū et audito eo multa faciebat et libenter eū audiebat.

De iudea relicta a christo ⁊ de samaritana

M. iij. R. i. L. iij. J. iij.

Ca. xxij.

Cognouit q̄ audierūt pharisei q̄ ihs plures discipulos
 facit et baptizat q̄z ioh̄es q̄z ihs nō baptizaret h̄z disci
 puli ei⁹. secessit. M. reliquit J. iudeā et abiit ⁊. L. regressus est in v̄r/
 tute sp̄s ⁊. L. R. venit in galileā. M. R. L. J. Oportebat. J. eū
 aut̄ trāsire p̄ samariā Venit ergo ihs in ciuitatē samarie que di
 citur sichar iuxta p̄diū qd̄ dedit iacob ioseph filio suo Erat aut̄
 ibi fons iacob Ihs quoq̄z fatigat⁹ ex itinere sedebat sic sup̄ fō/
 tem Hora aut̄ erat quasi sexta Venit mulier de samaria haurire
 aquā. Dicit ei ihs Da m̄ bibere Discipuli aut̄ eius abierāt in ci
 uitate vt cibos emerent Dicit ergo mulier illa samaritana Quō
 tu iude⁹ cū sis a me bibere poscis q̄ sū mulier samaritana? Nō enī
 coutūtur iudei samaritanis R̄ndit ihs et dicit ei Si scires donū
 dei et q̄s est qui dicit tibi da mihi bibere tu forsītā petisses ab eo
 et dedisset tibi aquā viuā Dicit ei mulier Dñe neq̄z in q̄ haurias
 habes et puteus altus est Un̄ ergo hēs aquā viuā? Dūquid tu
 maior es p̄re n̄ro iacob qui dedit nob̄ puteū istū. et ip̄e ex eo bi
 bit et filij ei⁹ et pecora eius R̄ndit ihs et dixit ei Om̄is qui bibit
 ex aq̄ hac sitiet itez. qui aut̄ biberit ex aqua quam ego ei dabo
 nō sitiet in eternū. h̄ aqua quā ego dabo fiet in eo fons aq̄ salie
 ris in vitā eēnā Dicit ad eū mulier Dñe da m̄ hanc aquā vt nō
 sitiā neq̄z veniā huc haurire Dicit ei ihs Made voca virū tuuz
 et veni huc R̄ndit mulier et dixit Nō hēo virū Dicit ei ihs Sū
 dixisti qz nō hēo virū. qnq̄z enī viros habuisti et nūc quē habes

Monoteſſeron ſiue

nō ē tuus vīr hoc vere dixiſti. **D**icit ei mulier **D**ñe vt video q̄a
p̄p̄ha es tu **P**rēs n̄rī adorauerūt in mōte hoc. et vos dicitis q̄a
ierosolimīs est loc⁹ vbi oportet adorare **D**icit ei ihs **M**ulier cre/
de mihi qz veniet hora qñ nec in monte hoc neqz in ierosolimīs
adorabitis p̄rēs. **N**os adoratis qđ nescitis. nos adoram⁹ qđ
ſcim⁹ qz ſalus ex iudeis est **S**z veniet hora et nūc est qñ veri ado/
ratores adorabūt p̄rēm in ſpū et v̄itate **N**āz p̄r tales q̄rit qui
adorant eū **S**pūs est de⁹ et eos qui adorāt eū in ſpū et veritate
oportet adorare **D**icit ei mulier **S**cio qz meſſias venit qđ d̄r xp̄s
Cū ergo venerit ille. nob̄ anūciabit om̄ia **D**icit ei ihs **E**go ſum
qui loq̄r tecū **E**t continuo venerūt diſcipuli ei⁹ et mirabant q̄a lo/
quebat mulieri **N**emo tñ dixit qđ q̄ris aut qđ loq̄ris cū ea **R**eli/
quit ergo ydriā ſuā mulier et abiit in ciuitatē et dicit illis hoib⁹
Venite et videte hoiem qui dixit m̄i om̄ia q̄cūqz feci **N**unqđ iſte
est xp̄s? **E**xibāt de ciuitate et veniebāt ad eū **I**nterea rogabāt
eū diſcipuli dicētes. **R**abbi māduca **I**lle aut̄ dixit eis **E**go cibū
hēo māducare quē vos nescitis **D**icebāt ergo diſcipuli eius ad
ſnuicē **N**ūqđ aliq̄s attulit ei māducare? **D**icit eis ihs **M**e⁹ cibus
est vt faciā volūtātē p̄ris mei qui miſit me vt p̄ficiā op⁹ ei⁹ **N**on/
ne vos dicitis qz adhuc q̄tuor meſes ſunt ⁊ meſſis venit? **E**cce
ego dico vob̄ leuate oculos v̄ros et videte regiones qz albe ſūt
iā ad meſſē et qui metit. mercedē accipit ⁊ congregat fructum in vī
tam et̄nā vt et qui ſemiat ſimul gaudet ⁊ qui metit **I**n hoc enim
v̄bū est vezz qz ali⁹ est qui ſemiat ali⁹ ē qui metit **E**go miſi vos
metere qđ vos nō laboraſtis **N**ſj laborauerūt ⁊ vos in labōis
eoz introiſtis **E**t ciuitate aut̄ illa multi crediderūt in eū ſamar/
itanozū p̄pter v̄bū mulieris teſtionū phibentis qz dixit oia que/
cūqz feci **C**ū veniſſet ergo ad illū ſamaritani rogauerūt eū vt ibi
maneret et māſit ibi. duos dies **E**t multo p̄les crediderūt p̄p̄
p̄monē ei⁹ **E**t mulieri dicebāt qz iaz nō p̄pter tuā loq̄lā credim⁹.
ip̄i enī vidimus ⁊ ſcim⁹ q̄a hic est vere ſaluator mūdi **P**oſt du/
os aut̄ dies exiit inde et abiit in galileā **I**p̄e enī ihs teſtionū p/
hibuit qz p̄p̄ha in ſua p̄ria honozē nō habz **C**ū ergo veniſſet in
galileā excep̄erūt eū galilei cū om̄ia vidiffet q̄ fecerat ieroſolimīs
in die feſto **E**t enī ip̄i venerāt ad diē feſtū.

De filio reguli. Jo. iij.

Ca. xxiij

Querat ergo ſteruz in chana galilee vbi fecerat de aqua
vinū **E**t erat quidā regulus cuius filius infirmabat ca/
pharnaū **I**dic cū audiſſet qđ ihs adueniret a iudea in ga

lileā. abijt ad eū. et rogabat eū vt descēderet et sanaret filiuꝝ eiꝝ
Incipiebat ei mori **D**ixit gº ihs ad eū **N**isi signa et prodigia vide
 ritis nõ creditis. **D**icit ad eū regulº. **D**ne descēde þusqꝫ moriat
 filiº meº. **D**icit ei ihs. **H**ade filiº tuus viuit **C**redidit hº þmoni
 quē dixit ei ihs et ibat **J**ā autº eo descendēte þui occurrerūt ei ⁊
 nūciauerūt dicētes qz filius eiº viueret **I**nterrogabat autº horā
 ab eis in qua meliº habuerat. **E**t dixert ei. qz heri hora septima
 reliqꝫ eū febris. **C**ognouit ergo pº qz illa hora erat in qua dixit
 ei ihs filius tuus viuit. et credidit ipse et domus eius tota. **H**oc
 itez scdm signū fecit ihs cū venisset a iudea in galileā.

De libri traditione ipi ihuꝝ electione eiº extra ciuitatē **E**t reli
 cta nazareth venit capharnaū. **M. iij. R. i. L. iij. J. iij. Ca. xliij**
Et fama. **L. exijt per vniuersā regionē de illo Et ipse doce/**
bat in synagogis eoz et magnificabat ab oibº et venit
nazareth vbi erat nutritº Et intrauit þm consuetudinē suā
die sabbi in synagogā Et traditus ē illi liber ysaię pphę. Et vt
reuoluit libꝝ inuenit locū vbi scriptū erat Spūs dñi sup me ppter
qđ vnxit me. euāgelizare paupibº misit. me sanare contritos corde.
et p̄dicare captiuis remissionē et cecis visū. dimittere cōfractos
in remissionē. p̄dicare añū dñi acceptū et diē retributiōis Et cū
pluicisset libꝝ dedit ministro et sedit Et oim in synagoga oculi
erāt intēdentes in eū Cepit autº dicere ad illos qz hodie impleta
est hec scriptura in auribº vris Et oēs testioniū illi dabāt ⁊ mira/
bant in xbis grē q̄ p̄cedebāt de ore illiº ⁊ dicebāt. Nōne hic est
filiº iosephº Et ait illis vtiqꝫ dicetis mihi hāc similitudinē Medice
cura teipm Quāta audiuiº fca in capharnaū. fac et hic in p̄ria
tua. Ait at Amē dico vobº qz nemo ppha acceptus est in p̄ria
sua In xitate dico vobº multe vidue erāt in diebº helye in israel
qn̄ clausū est celū añis tibus et mēsiꝝ sex qñ fca est fames ma/
gnā in oi t̄ra ⁊ ad nullā illaz missus ē helyas nisi in sareptā sy/
donie ad mulierē viduā Et multi lepsi erāt in israel sub helyseo
ppha et nemo eoz mūdatus est nisi naamā syrus Et repleti sūt
oim̄es in synagoga ira hec audiētes Et surrexerūt ⁊ eiecerūt illū
extra ciuitatē et duxerūt illū vsqꝫ ad sup̄ciliū mōtis sup quē ciui/
tas eoz erat edificata vt p̄cipitarēt eū Ipe autº trāsiens per me/
diū illoꝝ ibat Et relicta. M. ciuitate nazareth descēdit. L. vēit. M
⁊ hitauit in capharnaū ciuitatē. L. galilee maritimā. M. in finibº
zabulō et neptalim vt adimplerēt qđ dcm̄ est p̄ ysaiā pphetam
Terra zabulon et t̄ra neptalim via maris trans iordanē galilee

Colligit et hoc
 iam christum an
 tea multa fecisse
 signa que Lucas
 se nõ narrasse sci
 ebat. fecit enim
 multa que nõ sūt
 scripta.

Monotefferon sine

gentium plus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam Et sedens in regione umbræ mortis lux orta est eis Et inde cepit Iesus predicare euangelium. *R.* regni dicēs Quia impletum est tempus plenitudinis. *M.* R. eni regnum celorum

De vocatione secunda apostolorum ad familiaritatem. L. v. Ca. xxv.

Actum est autem cum turbe irruerent in Iesum ut audirent verbum dei et ipse stabat secus stagnum genezareth et vidit duas naues stantes secus stagnum Piscatores autem descenderant et lauabant retia Descendens autem in unam nauem quam erat symonis rogauit eum a terra reducere pusillum Et sedens docebat de nauicula turbas Et cessauit autem loquens dixit symoni Duc in altum et laxate retia vestra in capturam Et respondens symon dixit illi. Preceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus In verbo autem tuo laxabo rete Et cum hoc fecissent concluserunt piscium multitudinem copiosam Rubebat autem rete eorum Et auerunt sociis suis qui erant in alia naui ut veniret et adiuarerent eos et venerunt et impleuerunt ambas nauiculas ita ut pene mergerentur Quod cum videret symon petrus prostratus ad genua Iesu dicēs Exi a me domine quia homo peccator ego sum Stupor enim circumdederat eum et omnes qui cum illo erant in captura piscium quam cepant Simo autem et iacobum et iohannem filios zebedei qui erant socii symonis Et ait ad symonem Iesus Noli timere. et hoc nunc eris homines capiēs et subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt illum.

De tertia vocatione ad sequelam. M. iij. R. i. Ca. xxvi.

Ambulans. *M.* autem Iesus et. *R.* pertransiens iuxta. *M.* mare. *R.* galilee vidit duos. *M.* fratres symonem. *M.* R. qui vocat petrus et andream fratrem eius mittentes rete in mare Erant enim piscatores Et. *R.* ait. *M.* illis Iesus Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum At. *M.* illi *R.* continuo relictis retibus et nauis secuti sunt eum. Et. *R.* progressus. *M.* inde pusillum Vidit. *M.* R. alios duos fratres Iacobum zebedei et iohannem fratrem eius in naui cum zebedeo patre eorum reficientes operantes. *R.* retia. *M.* eorum Et. *M.* statim. *R.* vocauit eos Illi. *M.* autem. *R.* statim relictis retibus et patre. *M.* R. suo zebedeo in naui cum mercenariis suis secuti. *M.* R. sunt eum

De expulsionem immundi demonij et sanatione omnis languoris. M. iij. R. i. L. iij. Ca. xxvij.

Engrediebatur capharnaum Et statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos Et stupebant super doctrinam eius Erat enim docēs eos quasi pratem habens et non sicut scribe. quia *L.* in pratem erat homo ipsi Et in synagoga. *R.* eorum erat homo. *L.* R. de monium habens immundum Et exclamauit voce magna dicēs Sine quo

Non est improbabile dicere vocationem istam esse eandem cum precedenti. licet scđo modo fiat narratio. nō tamen contrariō. quāquā si leatur hic de captura piscium

Attendite quod ibi pluries fuit

nobis et tibi ihu nazarene **V**enisti. **L.** añ tpūs p̄dere. **L. R.** nos
Scio q̄ eniz sis sc̄us dei **E**t oīnatus. **R.** est eū ihus ⁊ increpa-
 uit eū dicēs **O**bmutesce. **L. R.** et exi ab illo **E**t discerpēs illū spūs
 imūdos et exclamās voce magna exiuit ab eo **E**t. **L.** cū p̄cisset
 illū demoniū i mediū exiit ab illo nihilq; illi nocuit **E**t sc̄us ē pa-
 uor in oībus et. **R.** mirati sūt oēs ita vt p̄quirerēt in se ⁊ colloq̄
 banf. **L.** ad inuicē dicētes **Q**uidnā. **R.** est hoc? **Q**uenā doctrīna
 hec noua? qđ est hoc v̄bū qz in p̄tate et virtute impat immūdis
 spiritib⁹ et exeūt et obediūt ei **E**t p̄cessit rumor ei⁹ statim **E**t. **L.**
 diuulgabat fama de eo in oēm locū et. **R.** regionē galilee **E**t cir-
 cubat. **M.** ihs totā galileā docēs in synagogis eoz et p̄dicans
 euāgeliū regni et sanās oēm languorē et omēz infirmitatē in po-
 pulo **E**t abijt opinio ei⁹ in totā syriā **E**t obtulerunt ei oēs male
 hñtes varijs lāguozib⁹ ⁊ tormētis cōphensos et qui demōta ha-
 bebāt ⁊ lunaticos et paliticos et curauit eos **E**t secute sunt euz
 turbe multe de galilea ⁊ decapoli et de ierosolimis ⁊ de iudea ⁊
 de trans iordanē.

De socrū Symonis. **M.** viij. **R.** i. **L.** iij. **C**a xxvij

Surgens autē ihs de synagoga ⁊ p̄tinus egrediētes de
 synagoga venerūt in domū symonis petri. **M.** ⁊ andree
R. cū iacobo et iohē **D**ecūbebat autē et socr⁹ symonis et
 tenebat. **L.** magnis febribus **E**t. **M.** vidit socrū eius iacentē ⁊. **R.**
 febricitatē **E**t statim dicūt ⁊ rogauerūt. **L.** eū p̄ illa **E**t stās sup illā
Impauit febrī et. **R.** accedēs eleuauit eā app̄hensa manu eius ⁊
 cōtinuo dimisit eā febris et. **M.** surrexit ⁊ ministrabat. **L. M. R.** eis
Vespe. **R.** autē sc̄o euz occidisset sol. **L.** oēs qui hēbant infirmos
 varijs lāguozibus ducebāt illos ad eū **A**fferrebāt ad eū omēs
 male hñtes et multos **M. R.** demonia hñtes **E**t erat ois ciuitas
 cōgregata ad ianuā **E**t ille singulis man⁹ imponēs curabat eos.
 multos. **R.** qui verabanf varijs lāguozib⁹ et demonia mltra effi-
 ebat et spūs. **M.** imūdos v̄bo **E**t oēs male hñtes curauit vt ad-
 impleret quod dcm̄ est p̄ ysaiā p̄pham dicentē **I**pe infirmitates
 n̄ras accepit et egrotatiōes n̄ras ip̄e portauit **E**xibāt. **L.** at de-
 monia a multis clamātia et dicētia **Q**uia tu es xp̄s fili⁹ dei **E**t
 increpās. nō. **L. R.** sinebat ea loq̄ qz sciebant eū esse xp̄m **E**t. **R.** di-
 luculo valde sc̄o die surgēs egressus abijt i des̄tū locū ibiq; ora-
 bat **E**t. **L.** turbe req̄rebāt eū **E**t. **R.** p̄secut⁹ est eū symō et qui cū
 illo erāt **E**t cū inuenisset eū dixerūt ei **Q**uia oēs q̄runt te **E**t di-
 xit illis **E**am⁹ in p̄rimos vicos et ciuitates vt et ibi p̄dicē. ad B

Aug⁹ dicit libro
 vltimo q̄ non no-
 cuit discerpens
 id est membra nō
 debilitauit sicut
 aliquando solet.

Fuit inter p̄eui-
 catōnes istas ier-
 mo domini i mō-
 te.

Unū ex quattuor

EE.

runt et eiecerint nomē vrm tanq̄ malū ppter filiū hominis **Beati**
estis cū maledixerint vob hoies et psecuti vos fuerint et dixerit
omne malū aduersū vos mentientes ppter me. **Gaudete in.** L. illa
die et exultate. **M.** qm̄ m̄ces v̄ra copiosa est in celis **Sic.** **M.** eni. **L.**
psecuti sūt et pphas qui fuerūt añ vos p̄res. **L.** eoz **Meritū** ve
vob diuitib⁹ qui hētis solationē v̄ram **Sti** qui nūc esuritis qm̄
saturabimī **Beati** qui nunc fletis qz ridebitis **Ne** vob qui satu/
rati estis q̄a esurietis **Ne** vobis qui nūc ridetis q̄a lugebitis et
flebitis **Ne** vob cū b̄ndixerint vos oēs hoies **Sc̄dm** ei hoc fa
ciebāt pseudo p̄phe p̄res eoz? **Vos** estis sal t̄re qd̄ si sal eua/
nuerit in quo saliet **Ad** nihiluz valet vltra nisi vt mittat foras et
oculcet ab hoib⁹. **Vos** estis lux mūdi **Non** p̄t ciuitas abscondi
sup̄ montē posita neqz accendūt lucernā et ponūt eā sub modio
seo sup̄ cādelabzū vt luceat om̄ibus qui in domo sūt **Sic** luceat
lux v̄ra cozā hoib⁹ vt videāt opa v̄ra bona et gl̄sificent patrem
vrm q̄ in celis ē. **Nolite** putare qm̄ veni soluere legē aut p̄phe
tas. nō veni soluē h̄ adimplere **Amē** q̄ppe dico vobis donec trā
seat celū et t̄ra, iota vnū aut vn⁹ apex nō p̄teribit de lege donec
om̄ia fiāt **Qui** ergo soluerit vnū de mādatis istis minim⁹ docu
erit sic hoies minim⁹ vocabit̄ in regno celoz **Qui** autē fecerit et
docuerit hic magn⁹ vocabit̄ in regno celoz **Dico** eni vob quia
nisi abūdauerit iustitia v̄ra plusq̄ scribarū et phariseoz non in
trabit̄ in regm̄ celoz. **Audistis** qz d̄cm ē antiq̄s **Nō** occides
qui autē occiderit. reus erit iudicio **Ego** autē dico vob qz ois qui
frascit f̄ri suo reus erit iudicio **Qui** autē dixerit f̄ri suo racha re⁹
erit scilio. qui autē dixerit f̄ri suo fatue reus erit gehēne ignis **Si**
ergo offers mun⁹ tuū ad altare et recordat⁹ ibi fueris qz f̄ tu⁹
habz aliqd̄ aduersū te: relinque ibi mun⁹ tuū añ altaē et vade p̄
recōciliare f̄ri tuo. et tūc veniēs offeres mun⁹ tuū **Esto** cōsentiēs
aduersario tuo cito dū es in via cū eo ne forte aduersarius tra/
dat te iudici et iudex tradat te mistro et in carcerē mittaris **Amē**
dico tibi **Nō** exibis inde donec reddas nouissimū q̄drātē **Ad**
distis qz d̄cm est antiq̄s **Nō** mechaberis **Ego** autē dico vob qm̄
om̄is qui viderit mulierē ad occupiscendū eā iā mechatus ē eam
in corde suo. **Si** si ocul⁹ tuus dexter scādalisat te. erue eū et p̄h̄ce
abs te **Expedi** eni tibi vt peat vnū mēbroz tuozū q̄z totū corp⁹
tuū mittat̄ in gehēnā **Esti** dextera man⁹ tua scādalisat te abscede
eā et p̄h̄ce abs te **Expedi** eni tibi vt peat vnū mēbroz tuozū q̄z
totū corp⁹ tuū eat in gehennā **Didū** est aut. **Quicūqz** dimise/

.1.
Apostolorum cō
mentatio,

.2.
Legis impletio

.3.
Consiliorum sup
legem additio va
terem et p̄mo ad
illud nō occides

.4.
Additio super il
lud **Non** mecha
beris

.7.
Superadditio su
per illud **Non** in
rabis

Monotefferon siue

rit vix orē suā excepta cā fornicatōis facit eā mechari et q̄ dimis-
sā duxerit adulterat **I**teꝛ audistis qz dcm est antiq̄s nō piura-
bis **R**eddes aut̄ dño iuramēta tua **E**go aut̄ dico vob nō iuraē
oīno **N**eqz p̄ celū qz tron⁹ dei est. neqz p̄ trā qz scabellū pedū ei⁹
ē **N**eqz p̄ ierosolymā q̄a ciuitas ē magni regis neqz p̄ caput tuū
iurabis qz nō potes vnū capillū albū facē a nigrū **S**it at̄ sermo
vr̄ est ē. nō nō. qd̄ at̄ his abūdanti⁹ a malo ē **A**udistis qz dcm
est oculū p̄ oculo dentē p̄ dēte **E**go aut̄ dico vob nō resistē ma-
lo **S**z. **M.** siq̄s **L.** te pcusserit in dexterā maxillā p̄be illi et alterā
Et q̄ vult tecū iudicio cōtendere q̄ tunicā tuā tollē dimitte ei⁹ pal-
liū **E**t. **M.** quicūqz te āgariauerit mille passus. vade cū eo q̄ alia
duo **Q**ui. **M.** petit. **L.** a te da ei **E**t volēti. **M.** mutuari a te ne auer-
taris **E**t q̄ aufert. **L.** q̄ tua sūt ne repetas **E**t. put vultis vt faciāt
vob hoies q̄ vos facite illis sifr **A**udistis. **M.** qz dcm ē diliges
prim tuū q̄ odio hēbis inimicū tuū **E**go at̄ dico vob **D**iligite
M. **L.** inimicos vros bñfacite his qui oderūt vos bñdicite male-
dicētib⁹ vob **E**t. **M.** orate. **A.** p̄ psequētib⁹ q̄ calūniātibus vos vt
M. sitis filij p̄ris vr̄i q̄ in celis ē q̄ solē suū facit oriri sup bonos q̄
malos q̄ pluit sup iustos q̄ iniustos **S**i eni. **M.** diligitis **L.** eos q̄
vos diligūt quā. **M.** m̄cedē hēbitis? q̄ vob **L.** est gr̄a **N**āz p̄cō-
res se diligētes diligūt **N**ōne. **M.** et publicani **H.** faciūt? **E**t si salu-
taueritis fr̄es vros tm̄ qd̄ āpli⁹ faciatis **N**ōne q̄ ethnici **H.** faciūt
Si. **L.** bñfeceritis q̄ vob bñfaciūt q̄ ē vob gr̄a? si qd̄ q̄ p̄cōres
H. faciūt **E**t. **L.** si mutuū dederitis his a qb⁹ spat̄is accipe q̄ gr̄a
ē vob. **N**ā q̄ p̄cōres p̄cōrib⁹ fenerant vt recipiāt eq̄lia **V**erū
tm̄ diligite iimicos vros et bñfacite et mutuū date nihil in span-
tes q̄ erit m̄ces vr̄a multa. q̄ eritis filij altissimi qz ip̄e benign⁹ est
sup igratos q̄ malos **E**stote. **M.** ergo p̄fecti sic q̄ p̄ vr̄ celestis p̄-
fect⁹ ē **A**ttēdite ne iustitiā vr̄am faciatis corā hoib⁹ vt videā-
mini ab eis **A**lio q̄n m̄cedē nō hēbitis apud p̄rem vr̄m q̄ in cel̄
Cū ergo facis eliam noli añ te tuba canē sic ypocrite faciunt
in synagogis q̄ in vicis vt honozificent ab hoib⁹ **A**mē dico vob
recepērūt m̄cedē suā **T**e aut̄ faciēte eliam nesciat sinistra tua qd̄
faciat dextēa tua vt elia tua sit in abscondito q̄ p̄ tu⁹ qui vidz in
abscondito reddet tibi **E**t. **M.** cū oratis nō eritis sicut ypocrite
tristes q̄ amāt in synagogis q̄ āgulis plateaz stātes orāē vt v-
deant ab hoib⁹ **A**mē dico vob qz recepērūt m̄cedē suā **T**u aut̄
cū oraueris intra in cubiculū tuū q̄ clauso hostio ora p̄rem tuū
in abscondito et p̄ tu⁹ q̄ videt in abscondito reddet tibi **O**rantes
at̄ nolite multū loq̄ sic ethnici faciūt putāt ei⁹ q̄ in multiloq̄o suo

6.
Judicialium eua-
cuatio q̄ modera-
tio.

A.
Inimicorum dile-
ctio

Ypocritis dete-
statio

8.
Commendatio ele-
mosyne.

9.
Quomodo sit o-
randum

Unum ex quattuor

xxxj.

exaudiant **N**olite ergo assilari eis. scit enim p̄r v̄r q̄d opus sit vo
bis añq̄ petaris eū **S**ic enī orabitis **P**r̄ n̄r qui es in cel̄ **S**ācti
ficeē nomē tuū **A**dueniat regnū tuū fiat volūtas tua sic in celo
et in t̄ra. **P**anē n̄r̄m sup̄balē. **M.** q̄tidianū **L.** da. **M.** nob̄ hodie
Et dimitte nob̄ debita n̄ra **S**icut et nos dimittim⁹ debitoribus
n̄ris **E**t ne nos inducas in tentationem **S**ed libera nos a malo
Amē **S**i enī dimiseritis hoib⁹ p̄c̄a eoz dimittet⁹ vob̄ p̄r v̄r ce
lestis p̄c̄a v̄ra **S**i aut̄ nō dimiseritis hoibus nec p̄r v̄r dimittet
vob̄ p̄c̄a v̄ra **C**ū aut̄ ieiunatis nolite fieri sic ypocrite tristes
Eximināt enī facies suas vt appareāt hoibus ieiunātes **A**men
dico vob̄ receperūt m̄cedē suā **T**u at̄ cū ieiunas vnge caput tuū
et faciē tuā laua ne videaris hoib⁹ ieiunās h̄ p̄ri tuo qui ē in ab
scōso **E**t p̄r tu⁹ qui videt in abscōso reddet tibi **N**olite thesau
risare vob̄ thesauros in t̄ra vbi erugo ⁊ tinea demolit̄ et vbi fu
res effodiunt et furant̄ **T**hesaurisate aut̄ vob̄ thesauros i celo
vbi nec erugo nec tinea demolit̄ et vbi fures nō effodiūt nec fu
rant̄ **U**bi enī est thesaur⁹ tu⁹ ibi ē et cor tuū **L**ucerna corp̄is
tui est ocul⁹ tuus **S**i oculus tu⁹ fuerit simplex et totū corp⁹ tuū
lucidū ēit **S**i at̄ ocul⁹ tu⁹ fuerit neq̄ totū corp⁹ tuū tenebrosū ēit
Si ēgo lumē q̄d in te ē tenebre sūt. ip̄e tenebre q̄nte erūt. **N**ēo
M. p̄r duob⁹ d̄nis s̄uire a enī vnū odio hēbit ⁊ alterū diliget. a
vnū sustinebit ⁊ altez⁹ stemnet **N**ō potestis deo s̄uire ⁊ m̄amo
ne **J**ō dico vob̄ ne. **M.** **L.** solliciti sitis aie v̄re q̄d māducaueris aut
corp̄i v̄ro q̄d induamī **M**ōne aia v̄ra ē plus q̄ esca ⁊ corp⁹ plus
q̄ vestimētū **R**espiciat. **M.** volatilia celi qz nō serūt neq̄ metūt
neq̄ ogregāt in horrea ⁊ p̄r v̄r celestis pascit illa **C**onsiderate
coruos q̄b⁹ nō ē cellariū neq̄ horreū et de⁹ pascit illos quāto
magis vos pl̄is estis illis **Q**uis aut̄ v̄r̄m cogitans p̄t ad̄ncere
ad staturā suā cubitū vnū? **S**i. **L.** ēgo neq̄ q̄d mimū ē potestis.
q̄d de vestimētis ⁊ de cet̄is solliciti estis? **C**ōsiderate. **M.** lilia. **R.**
agri quō crescūt nō laborāt neq̄ nent̄ **D**ico aut̄ vob̄ qm̄ nec **S**a
lomō in oi gl̄ia sua vestiebat coopt⁹. **M.** ē sic vnū ex istis **S**i at̄ fe
nū agri q̄d hodie ē ⁊ cras in clibanū mittit̄ de⁹ sic vestit quāto
magl. vos mime fidei! **N**olite g⁹ solliciti eē dicētes q̄d māducabi
mus a q̄d bibem⁹ aut quo opiemur **E**t. **L.** nolite in s̄blime tolli
Hec. **M.** **L.** aut̄ gētes mūdi. **L.** q̄rūt **S**cit enī pater vester qz his
om̄ibus indigetis **Q**uerite ergo primū regnū dei ⁊ iustitiaz. **M**
eius et. **M.** hec. **L.** omnia ad̄ncient vobis. **N**olite. **M.** ēgo solliciti
esse in crastinū **C**rastinus enī dies sollicitus erit sibi ipsi **S**uffi
cit enī diei malicia sua **E**stote. **L.** ergo misericordes sicut et

10.

Lucas hāc orati
onē ponit sub qn
q̄ petitionibus.

10

Quomodo sit in
vulgendum

11.

Qualiter ieiunā
dum.

12.

Qualiter thezan
risandum

13.

qualiter intentio
dirigenda.

14.

qualiter sollicitu
do nimia tollēda
et spes in dei p
uidentia dirigen
da

17.

Qualiter miserē
dum nec iudican
dum.

Monotesteron sine

p̄r v̄r misericors est Nolite iudicare et nō iudicabimī In quo enī
 iudicio iudicaueritis. iudicabimī Nolite odēnare et nō odēnabi
 mini dimittite et dimittemi Date et dabit vob. mensurā bonā et
 ofertā et coagitatā et sup̄fluentē dabūt in sinū v̄rm Eadez. **M**
 quidē. **L.** mēsurā q̄ mēsi fueritis remetiet vob Dicebat. **L.** autē et
 illis similitudinē Nūq̄dō p̄t cecū ducē Nōne ābo i foueā cadūt?
 Nō est discipul⁹ sup̄ maḡm Perfec⁹ at erit ois si sit sic maḡ ei⁹
 Quid. **M. L.** aut vides festucā in oculo fr̄is tui et trabē in oculo
 tuo nō vides? Aut quō dicis fr̄i tuo. **ff** Sine. effciam festucā de
 oculo tuo et ecce trabes ē in oculo tuo? Ipocrita effce p̄mū trabez
 de oculo tuo et tūc videbis effcere festucā de oculo fr̄is tui. **No**
 lite. **M.** sc̄m dare canib⁹ neq; mittatis margaritas v̄ras añ por-
 cos ne forte calcet eas pedib⁹ suis et canes ouerfi dirūpāt vos
Petite et dabit vob q̄rite et inuenietis pulsate et apiet vob **O**is
 enī qui petit accipit et qui q̄rit inuenit et pulsati apiet **A**ut q̄s ē
 ex vob hō quē si petierit fili⁹ suus panē. nūq̄dō lapidē porriget ei
Aut si petierit piscē nūq̄dō sp̄pentē porriget ei? **A**ut si petierit ouī
 nūq̄dō scorpionē porriget illi. **S**i ergo vos cū sitis mali noscitis
 bōa data dare filijs v̄ris q̄nto magis p̄r v̄r qui in celis ē dabit
 bōa sp̄m bonū petētib⁹ se **O**ia. **M.** ego q̄cūq; vultis vt faciāt vo
 bis hoies ita et vos facite ill **H**ec ē enī lex et p̄p̄he **I**ntrate p̄
 angustā portā qz lata porta et spaciōsa via ē q̄ ducit ad perdi-
 tionē et multi sūt qui intrāt p̄ eā **Q**uā angusta portā et arta via
 q̄ ducit ad vitā et pauci sūt qui inueniūt eā **A**ttēdite a flis p̄p̄bis
 q̄ veniūt ad vos in vestimētis ouīū. inf̄sec⁹ aut sūt lupi rapaces
U fructib⁹ eoz agnoscetis eos **N**ūq̄dō colligūt de spinis vuas
 aut de t̄bulis fic⁹? **N**ō. **L.** est enī arbor bōa q̄ facit fructus malos
Neq; arbor mala faciēs fructū bonū **U**naqueq; enī arbor de
 fr̄u suo agnoscit **N**eq; enī de spinis colligūt ficus neq; de rubo
 vindemiāt vuā **S**on⁹ hō de bono thesauro cordis sui p̄fert bo
 nū **E**t mal⁹ hō de malo thesauro cordis sui p̄fert malū **E**x abū-
 dātia enī cordis os loquit̄ **S**ic. **M.** ois arbor bona. fructus bo
 nos facit. mala aut arbor malos fructus facit **N**ō p̄t arbor bo
 na fruct⁹ malos facere. neq; arbor mala fruct⁹ bonos facē **O**is
 arbor q̄ nō facit fr̄m bonū excidet et in ignē mittet̄ **I**git̄ ex fru
 ctib⁹ eoz agnoscetis eos **Q**uid. **L.** at vōtis me dñe dñe et nō
 facitis q̄ dico **N**ō. **M.** ois q̄ dicit̄ m̄ dñe dñe intrabit i reḡm celoz
 s̄ q̄ facit volūtātē patris mei qui in celis ē. **I**p̄e intrabit in re/
 gnum celozum **M**ulti dicent mihi in illo die domine domine
Nonne in nomine tuo prophetauim⁹ et in nomine tuo demonia

Non improbe ar
guendum.

Non porcis et ca
nib⁹ sanctorum dan
dum.

16.

Qualiter instan
ter et fiducia liter
orandum.

17.

Preceptum vni
uersale legis An
gustia porte salu
tis.

Luce xij. Contē
dite intrare p̄ an
gustam portā. vi
de. j. c. xxvij

18.

Falsorū prophe
phetarū notitia
scilicet a fructib⁹

19.

Qualiter deus
sit colendus non
ore t̄m sed ope
efficacia

eiecimus. et in nomine tuo virtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illi quia nunquam novi vos. **D**iscedite a me omnes qui operamini iniquitatem. **O**mnia. **L.** M. qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos ostendam vobis cui sit filius. **S**ilis est homini edificanti domum qui. **L.** fudit in altum et posuit fundamentum super petram. **E**t. **M.** descendit pluuia et venerunt flumina et flauerunt veteri et irruerunt in domum illam et non cecidit. **F**undata enim erat super firmam. **L.** petram. **E**t. **M.** omnia. **L.** qui audit verba mea haec. et non facit ea. filius est viro stulto qui edificavit domum suam super arenam sine. **L.** fundamento et. **M.** descendit pluuia et venerunt flumina et flauerunt veteri et irruerunt in domum illam in quam. **L.** illisus est fluuius et continuo cecidit et. **L.** facta. **M.** est ruina domus illius magna. **E**t. **M.** factum est cum consummasset Iesus verba haec admirabantur turbae super doctrinam eius. **E**rat enim docens eos sicut patrem habens et non sicut scribe eorum et pharisei. **M.**

De leproso sanato. **M.** vij. **R.** i. **L.** v.

Ca. xxxi.

Quoniam. **M.** autem descendisset Iesus de monte secute sunt eum turbae multae. **E**t. **L.** factum est cum esset in una civitatum. **E**t ecce. **M.** leprosus plenus lepra videns Iesum veniens. **M.** adorabat eum deprecans. **R.** et genu flexo et prostratus. **L.** in faciem rogabat eum dicens. **D**omine. **L.** M. R. si vis potes me mundare. **I**esus. **R.** autem misertus eius extendens. **M.** R. L. manum tetigit eum dicens. **V**olo mundare. et confestim mundata est lepra eius. **E**t. **R.** comminatus est ei. statim quia eiecit illum et dixit illi. **E**t precepit. **L.** ei. **V**ide. **L.** R. M. nemini dixeris haec vade ostende te principibus sacerdotum et offer pro emundatione tua munus. **M.** quod precepit moyses in testimonium illis. **E**t. **R.** egressus cepit predicare et diffamare sermonem. **P**erambulabat. **L.** autem magis sermo de illo et conveniebant sibi multae ut audirent illum et curarent ab infirmitatibus suis. **I**ta. **R.** ut iam non posset manifeste introire in civitatem sed foris in desertis locis. **E**t. **L.** autem sedebat in deserto et orabat. **R.** conveniebant ad eum.

De seruo centurionis. **M.** vij. **L.** vij. **Ca.** xxxij. (eum vndiqz)

Quoniam. **L.** autem impleisset omnia verba sua ad aures plebis introivit. **L.** M. capharnaum. **C**enturionis. **L.** autem cuiusdam seruus male habitus erat moriturus quod erat illi preciosus. **E**t cum audisset de Iesu misit ad eum seniores iudeorum rogans eum ut veniret et sanaret servum eius. **A**t illi cum venissent ad Iesum rogabant eum sollicite dicentes ei. **Q**uia dignus est ut haec illi prestes. diligit enim gentem nostram et synagogam ipse edificavit nobis. **I**esus autem ibat cum illis. **E**t cum iam non longe esset a domo misit ad eum centurio amicos. **A**ccessit. **M.** autem ad eum centurio et rogans eum et dixit. **D**omine puer meus iacet in domo paralyticus et male

Qualiter operatio miraculorum non saluat sed stabilis est petra christi sicut permanentia

Glos

Colligitur ex hoc loco et alijs pluribus quod euangeliste non semper secuti sunt ordinem rei geste sed vsi sunt regula de preoccupatione et rememoratione. **V**idetur autem **M**attheus sepius sequi ordinem rei geste.

Considerandum est hic quod centurio fecit utrumque. misit iudeos et amicos et quod ipse secutus est

Monotederon sine

torquetur Et ait illi ih̄s Ego veniā et curabo eū Et rīdēs cēturio
ait illi Dñe noli vexari Non. M. L. eni. sū dign⁹ vt sub textū meū
intres ppter. L. qđ et meipm nō sū dignū arbitrat⁹ vt venirē
ad te sed. M. L. tm̄. M. dic. M. L. vbo et sanabit puer me⁹ Nam et
ego sū hō sub p̄tate cōstitut⁹ hīs sub me milites et dico huic va
de et vadit. et alio veni et venit. et seruo meo fac hoc et facit Au
diens. M. aut̄ ih̄s mirat⁹ est Et uersus. L. sequētibus. M. L. se di
xit. M. me. M. dico vob nō inueni tantā fidē in isrl̄ Dico aut̄ vobis
qđ multi ab oriente et occidēte venient et recūbent cū Abraam et
ysaac et iacob in regno celoꝝ filij aut̄ regni efficiēt in tenebras
exteriorēs Ibi erit fletus et stridor dentium Et dixit ih̄s cēturiōi
Vade et sicut credidisti fiat tibi Et sanatus est puer in illa hora
Et reuersi qđ missi fuerāt domū inuenerūt suū qđ languerat sanū.

De filio vidue suscitato. L. vij.

Ca. xxxij.

Et factū ē deinceps Ibat ih̄s in ciuitatē q̄ vocat̄ naym
Et ibāt cū illo discipuli ei⁹ et turba copiosa Cū aut̄ ap/
propinqrent porte ciuitatis Ecce defūctus efferebat̄ fi/
lius vnic⁹ m̄ris sue Et hec vidua erat et turba ciuitatis m̄lta cū
illa Quā cū vidisset dñs m̄ia motus sup eā dixit illi Noli flere et
accessit et tetigit loculū Ibi aut̄ qui portabāt steterūt Et ait Ado
lescēs. tibi dico surge Et resedit qui erat mortu⁹ et cepit loqui et
dedit illū m̄ri sue Accepit aut̄ omēs timor et magnificabāt deū
dicētes Quia p̄pha magn⁹ surrexit in nob et qđ de⁹ visitauit ple
bē suā. et exiit h̄ p̄mo in vniuersā iudeā de eo et oēm circa r̄gionē

De duobus volētibus sequi xpm. M. vij. L. ic. Ca. xxxiij.

Videns aut̄ ih̄s turbas multas circū se iussit discipulos
ire trās fretū sc̄m. L. est aut̄ abulātibus illis in via acce
dens. M. vn⁹ scriba ait illi Magr̄. M. L. sequar te q̄cūqz
ieris Et dixit ei ih̄s. Vulpes foueas h̄nt et volucres celi nidos
filius aut̄ homis nō habet vbi caput suū reclinet Ait. L. autē ad
alteꝝ Sequere me. Ille aut̄ ali⁹. M. de discipulis ei⁹ ait illi Dñe. M.
L. p̄mitte me p̄mū ire et sepelire p̄rem meū Ihs. M. autē ait illi
p̄uenit vngere corp⁹ meū in sepulturā. mittēs. **M.** eni hec vngue/
tū hoc in corp⁹ meū ad sepeliendū me fecit. **Amē. M.** dico. **R.** vob
vbicūq; p̄dicatū fuerit euāgelīū hoc in toto mūdo et qđ hoc fece
rit narrabitur in memoriā eius.

De sessione aselli. M. xxi. R. xi. J. xij.

Ca. xv

Cognouit. **J.** ergo turba multa ex iudeis qz illic essz et ve
nerūt nō p̄pter ihm tm̄ sed vt lazarū viderēt que suscita
uit a mortuis **Cogitauerūt** aut̄ p̄ncipes sacerdotū vt z
lazarū interficerēt qz multi p̄pter illū abibāt ex iudeis et crede/
bāt in ihm **In** crastinū aut̄ turba multa q̄ ouenerat ad diē festū
cū audisset qz ihs venit ierosolimā. acceperūt ramos palmarū z
p̄cesserūt obuiā ei **Et sc̄m. L.** est cū appropinq̄isset ihs ad bethfa
ge et bethaniā ad montē qui vocat̄ oliueti m̄sit. **M. R.** duos dis
cipulos dicēs illis **Ite** in castellū qđ ōtra vos ē **In** qđ. **L.** intro
eūtes statim inuenietis asinā alligatā. et pullū. **L. R.** asine alliga/
tū cū ea cui nēo vnq; hoīm sedit **Soluite** et adducite illū **Et L.**
si q̄s vos interrogauerit q̄re soluitis. sic dicetis ei qz dñs operā ei⁹
desiderat et n̄carius. **R.** est. et dñs. **M.** his opus hz. et ofestim di
mittet eos **Hoc** aut̄ sc̄m est vt adimplerēt qđ dictū est p̄ p̄ham
R. dicentē **Dicite** filie syon **Ecce** rex tuus venit tibi māsuetus se/
dens sup asinā z pullū filiū subiugalis **Noli. J.** timere filia syon
Ecce rex tu⁹ venit sedēs sup pullū asine. **hęc** nō cognouerūt disci/
puli ei⁹ p̄mū. h̄ qñ gloriāficat⁹ ē ihs. tūc recordati sunt qz hec scri
pta erāt de eo et hec fecerūt ei **Eūtes. M.** aut̄ discipuli fecerūt sic
p̄cepit eis ihs **Et. R.** inuenerūt pullū alligatū āte ianuā foris in
bitio et soluerūt eū **Soluetibus. L.** aut̄ illis pullū dixerūt dñi ei⁹
ad illos. qđ soluitis pullū **At** illi dixerūt sic. **R.** p̄cepit eis ihs. qz
L. dñs eum n̄cariū hz. **R.** et dimiserūt eis et adduxerūt. **M.** asinā
et pullū et imposuerūt sup eos vestimēta sua et eū desup sedere
fecerūt **Eūte. L.** aut̄ illo pl̄ma. **M.** turba strauerūt vestimēta sua
in via aliī aut̄ ramos de arboribus cedebāt et sternebant in via
Turbe at̄ q̄ p̄cedebāt et que seq̄bant̄ clamabāt dicētes **Osāna**
filio dauid **Bñdīct⁹** qui venit in noīe dñi et. **R.** bñdīctū qđ venit
regnū p̄ris n̄ri dauid osāna in excelsis **Et** cū appropinq̄ret iam
ad descensū mōtis oliueti ceperūt oēs turbe descendentīū gaudē
tes laudare deū voce magna sup oibus quas viderāt **Am̄rib⁹**

Glof

Sequunt̄ hic eu
āgeliste diuersas
translationes illi
us qđ hētur za
charie it̄ put eni
volut spūsanā
translationem l̄e
venire ad gentes
ita voluit vt trāf
ferret z hoc vide
licet p̄ satisfactio
ne omniū in qui
bus l̄e d̄fecerūt
ab hebraica veri
tate

Glo

Accipienduz est
qđ successiue sede
rit dominus sup
asinam et pulluz

Annū ex quattuor

li.

discētes **Benedictus**. **J.** qui venit in nomine dñi. par in celoꝝ gloria in excelsis **Bñdictus** qui venit in nomine dñi rex israel Testimonium ergo phibeat turba q̄ erat cū eo qñ lazarū vocauit de monumento et suscitauit eum a mortuis p̄pterea et obuia venit ei s̄ba qz audierūt eū fecisse hoc signū. **Pharisei** ergo dixerūt ad semet ipsos **Uidetis** q̄a nihil p̄ficim⁹ **Ecce** mūdus totus post eū abiit **Et** q̄dā. **L.** phariseoꝝ de turbis dixerūt ad illū **Maḡ** increpa discipulos tuos **Quib⁹** ipse ait **Et** si hi tacuerint lapides clamabūt **De** fletu ihu sup ciuitatē et eiectione v̄dentiū. **M. xxi. R. xi. L.**

T. L. vt appropinq̄ret videns ciuitatē **(xix. C. xvi.)**
Fleuit sup illā dicēs **Quia** si cognouisses et tu **Et** q̄dē in hac die tua que ad pacē tibi **Nūc** at̄ abscondita s̄t ab oculis tuis. qz veniēt dies in te. et circūdabunt te inimici tui vallo et circūdabūt te ⁊ coangustabūt te v̄ndiqz et ad terrā p̄sternēt te et filios tuos qui in te sūt. et nō relinquet in te lapidē sup lapidē eo q̄ nō cognoueris t̄ps visitatiōis tue. **Et. R.** introiuit ih̄rl̄ymā **Et** cū. **M.** intrasset omota ē vniuersa citas dicēs **Quis** ē hic? **Populi** at̄ dicebāt **Hic** ē ih̄s p̄ph̄a a nazareth galilee **Et** irauit ih̄s in tēplū dei et efficiebat oēs v̄dētes ⁊ emētes in illo. **L.** de tēplo **M.** et mēsas numularioꝝ et cathedras v̄dentiūꝝ colūbas euerit et nō. **R.** sinebat vt quisqz trāfferet vas p̄ tēplū. **Et** docebat eos dicēs **Nōne. R. M.** sc̄ptū est domus mea dom⁹ orōnis vocabitur cūctis. **R.** gētibus. **M.** at̄. **R.** fecistis eam speluncā latronū **Et** accesserunt. **M.** ad eū ceci et claudi in templo ⁊ sanauit eos **Uidetes** aut̄ p̄ncipes sacerdotū mirabilia q̄ fecit ⁊ pueros clamātes in templo et dicētes **Osāna** filio dauid indignati sūt et dixerūt ei **Audis** quid isti dicūt? **Ihs** at̄ dixit eis **Utiqz** **Nūqz** legistis **Ex** ore infantū de⁹ et lactētū p̄fecisti laudē **Et. L.** erat quōdie docēs in templo. **Principes** aut̄ sacerdotū et scribe ⁊ p̄ncipes plebis q̄rebant illum p̄dere ⁊ nō inueniebāt quid facerēt ei **Omnis** enīꝝ populus suspensus erat audiens illum.

De gentibus querētibus videre ih̄m et de p̄dicatiōe eius. **J. xij. Et** regressu eius in bethaniā. **M. xxi. R. xi.** **Ca. xvij:**

Erant. **J.** aut̄ gentiles quidā ex his qui ascēderāt vt adorarent in die festo **Hic** ergo accesserunt ad philippuz qui erat in bethsaida galilee et rogabāt eum dicentes **Dñe** volumus ih̄m videre **Venit** philippus et dixit andree **Andreas** rursū et philippus dixerūt ih̄u. **Ihs** aut̄ r̄ndit eis dicens **Venit** hora vt clarificē filius hominis **Amen** amē dico vob̄ **Nisi** granū

Hec fuit eiectio secūda. licz histoꝝia scolastica v̄deatur cū hac m̄scere p̄ximam. de qua s̄ Jo. ij. et m̄scet histoꝝiam de nicodemo.

Monotesteron siue

frumenti cadens in terrā mortuū fuerit ip̄m solū manet. **S**i autē mortuū fuerit multū fructū affert. **Q**ui amat aiā suā p̄det eam et q̄ odit animā suā in hoc mūdo in vitā eternā custodit eaz. **S**i quis mihi ministrat me sequat̄. et vbi ego sū illic et minister meus erit. **S**i quis mihi ministrauerit honorificabit eū pater meus qui est in celis. **N**ūc anima mea turbata est. et quid dicā? **P**ater saluifica me ex hac hora sed p̄pterea veni in hanc horā. pater clarifica nomē tuū al̄ filiuū tuū. **V**eni ergo vox de celo et clarificauit et iterū clarificabo. **T**urba ergo que stabat et audierat dicebat tonitruū factū esse. **A**lij dicebāt. **A**ngelus ei locutus est. **R**espondit ih̄sus et dixit. **N**ō p̄pter me vox hec venit sed p̄pter vos. **N**ūc iudiciū ē mūdi. nūc p̄nceps huius mūdi efficietur foras. et ego si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad me ip̄m. **H**oc autē dicebat significans qua morte erat moriturus. **R**ēdit ei turba. **N**os audiuius ex lege q̄ xp̄s manet in eternū. et quō tu dicis oportet exaltari filiuū hominis? **Q**uis est filius hominis? **D**ixit ergo eis ih̄sus. **A**d huc modicū lumē in vobis est. **A**mbulate dū lucem habetis vt nō tenebre vos op̄prehendāt. **E**t qui ambulat in tenebris nescit q̄ vadit. **D**ū lucē habetis credite in lucē vt filij lucis sitis. **H**ec locutus est ih̄sus et abiit et abscondit se ab eis. **E**t relictis. **M.** illis et circūspēdit. **R.** omnibus cū iā vespa esset hora exiit in bethaniā cū. xij. foras. **M.** extra ciuitatē ibiq̄ māsit et docebat eos de regno dei.

De ficulnea arefacta. **M.** xxi. **R.** xi.

Ca. xviii

Et alia. **M.** die. **R.** cū exiret de bethania mane. **M.** ruerētēs in ciuitatē elurijt. **C**ūq̄. **R.** vidiſſet a longe ficū secus. **M.** vīā hntem. **R.** folia venit ad eū. **M.** si quid. **R.** forte in ea inueniret. **E**t cū veniſſet nihil inuenit preter folia. **N**on enim erat tēpus ficorū. **E**t rēdens dixit illi. **N**unq̄. **M.** ex te fructus nascat̄ in eternū. **N**ō. **R.** amplius in eternū ex te quisq̄ fructus māducet. **E**t arefacta. **M.** ē otinuo ficulnea. **E**t vidoētes discipuli ficum. **R.** aridā factā a radicibus mirati. **M.** sūt dicētes. **Q**uō otinuo aruit. **E**t recordat̄ petrus dixit ei. **R**abbi. **E**cce ficus cui maledixiſt aruit. **R**ēdens autē ih̄sus ait. **H**abete fidē dei. **A**mē. **M.** dico. **R.** vobis si habueritis fidē et nō hesitaueritis nō solum de ficulnea facietis h̄ et si mōti huic dixeritis. tolle te et iacta te in mare ita fiet. **P**ropt̄ea. **R.** dico vob̄. **O**mnia q̄cūq̄ orātes petitis credite q̄ accipietis et veniēt vob̄. **E**t cū stabitis ad orandū dimittite si quid

Dicit Auḡ q̄ tertia die mirati sunt ita q̄ secunda die scilicet lūne ficulnea fuit arefacta et nō do minica sicut aliq̄ dicunt. **E**t ly cōmūno refertur ad diem precedentē

habetis aduersus aliquē vtr̄ pater v̄r̄ qui in celis est dimittat vobis peccata vestra.

De questione baptismi ioh̄is. *M. xxi. R. xi. L. xx. Ca. xix.*

Et *M.* cū venisset in templū factū est vna dierū docente illo populū in templo et euāgelisante cōuenerūt ⁊ accesserūt. *M.* ad eū docentē p̄ncipes sacerdotū ⁊ scribe. *L.* cū senioribus populū. *M.* dicentes In qua potestate hec facis? et q̄s dedit tibi hanc potestatē vt ita. *R.* facias? *P.* Dic. *L.* nobis? *R.* Respōdens. *M.* ihus. *R.* dixit. *A.* Interrogo vos et ego vnum sermonē quē si dixeritis mihi ⁊ ego vobis dicam in qua potestate hec facio Baptismus ioh̄is vnde erat? *De celo an ex hoibus* *R.* Respōdete. *R.* mihi *Et. M.* illi. *R.* cogitabāt. *L.* intra se dicētes. Si dixerimus de celo. dicet nobis quare ergo nō credidistis illi? Si autē dixerimus ex hominibus. timemus turbā Omnes enim habēt iohannē sicut p̄phetā *Et* respōdētes iesu dixerunt Nescimus. *Dit* illis et ip̄e *Neqz* ego dico vobis in qua potestate hec facio

De duobus filijs quorū vnus facit voluntatē patris. *M. xxi. Caplm. xx.*

Quid autē vobis videtur *H*omo quidā habebat duos filios et accedens ad primū dixit. *fili vade hodie operari in vineam meā.* Ille autē respōdens *Nolo* : postea autem penitentia motus abiit *Accedens autem ad alterū dixit similiter* *Et* ille respōdens ait *Eo domine. ⁊ non iuit* *Quis ex duobus istis fecit voluntatē patris?* *Dicunt* *Prim?* *Dicit eis* *ih̄s* *Amen* dico vobis quia publicani et meretrices precedēt vos in regnū dei *Venit autē ad vos iohānes in via iustitie ⁊ nō credidistis ei. publicani autē et meretrices crediderūt ei* *Nos autē videntes nec penitentiā habuistis postea vt crederetis ei.*

De iudice iniquitatis et de pharizeo et publicano. *L. xvij. C. xxi.*

Dicebat autē parabolā ad illos quoniā oportet semper orare et nō deficere dicēs *Iudex quidā erat in ciuitate quadā qui deū non timebat et iudicē nō reuerēbat* *Viua autē quā erat in ciuitate illa et veniebat ad eū dicens* *Vindica me de aduersario meo et nolebat p̄ multū t̄ps* *Post hec autē dixit intra se* *Etsi deū nō timeo nec hoiez. reuerēoz t̄n qz molesta est mihi hec vidua. vindicabo eam ne in nouissimo veniēs sugillet me* *Dit autem dominus.* *Audite quid iudex iniquitatis dixit* *Deus autē nō faciet vindictā electorū suorū clamantiū ad se*

Monotesteron sine

die ac nocte et patientiam hēbit in illis? **D**ico vob qz cito faciet vindictā illoz. **V**erūtū filiū hoīs veniēs putas inueniet fidez sup terrā? **D**ixit aut et ad q̄sdaz qui in se ofidebāt tanq̄ iusti et asp̄nabant ceteros pabolā istā dicēs **D**uo homies ascenderunt in templū vt orarēt. vnus phariseus et alter publicanus **P**hariseus stans hec apud se orabat **D**eus gr̄as tibi ago q̄a nō sum sicut ceteri hoīm. raptozes iniusti. publicani. adulteri. velut etiaz hic publicanus **J**euno bis in sabbo. decimas do oīm que possi deo **E**t publican⁹ alōge stās nolebat nec oculos ad celū leuare sed pcuriebat pectus suū dicēs **D**eus sp̄cius esto mihi p̄ccōri. **D**ico vobis. descendit hic iustificatus in domū suā ab illo. quia om̄is qui se exaltat humiliabit et qui se humiliat exaltabit.

De pabola locate vinee agricolis. M. xxi. R. xij. L. xx. C. xxij.

Aliā. **M.** pabolā audite **C**epit. **R.** aut ad plebē dicere pabolaz hanc **H**ō. **M.** quidā. **R.** L. erat. **M.** p̄familias qui pl̄tauit vineā et. **R.** sepem circūdedit ei. et fodit in ea torcular. **L.** fodit et edificauit. **M.** turrim. et locauit eā agricol. colonis. **L.** **E**t p̄fectus est p̄gre. **M. R.** multis. **L.** tpibus **Cū. M.** aut tps fructuū appropinq̄set in. **L.** tpe vindemie misit. **M. R. L.** seruos suos ad agricolas cultozes. **L.** vt de fructu vinee darēt illi **E**t. **M.** acciperent ab agricolis. **R.** fruct⁹. **M.** eius **E**t agricole apphensis suis etus aliū ceciderūt et dimiserūt. **R. L.** vacuuz et inanē. **L.** aliū. **M.** occiderūt. aliū v̄o lapidauerūt **T**reꝝ misit alios suos plures p̄ozibus et fecerūt eis filr. in capite. **R.** cedentes. **L.** vulnerauerūt. **R.** et otumelhs affecerūt. et addidit alteꝝ mittere qui et illū vulnerātes eiecerūt **N**ouissime. **M.** autē adhuc. **R.** h̄ns vnū filiū charissimū dixit. **L.** d̄ns vinee **Q**uid faciā? **M.** mitā filium meū dilectū. et illum. **M. R.** misit ad eos nouissime. dicēs qz forte verebunt. **L.** filiū meū cū hūc viderint **Q**uē. **L.** cū. **M.** v̄dissent coloni cogitauerūt intra se et dixerūt. **R.** ad inuicē **H**ic. **M. ē. L.** heres. **R.** venite occidam⁹ eū et hēbimus hēditatē vt. **L.** n̄ra sit hereditas **E**t. **M.** apphensuz. **R. L.** eum. eiecerūt eum extra vineam et occiderunt **Cū** ergo venerit d̄ns vinee quid faciet agricolis ill⁹? **V**eniet. **R. L.** et p̄det colonos **M**alos. **M.** male p̄det. et vineā suam locabit alijs agricolis. qui reddent ei fructum tempibus suis **Q**uo. **L.** audito dixerunt illi **A**bsit **I**lle aut respiciens eos dixit **Q**uid ergo est hoc quod scriptum est. **R.** nec. **M.** scripturam hanc legistis **L**apidem quem reprobaucrunt edificantes hic factus est in caput anguli **A** domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris **I**deo. **M.** dico vobis quia auferetur a

Hoc ē intelligē dum dixisse ch̄ristum vel aliquos de iudeis. **N**ud autē quod sequitur absit. dixerūt alij. vel ipsi om̄es intellectu parabolā ch̄risti.

vobis regnū dei et dabit̄ gēti faciēti fructus. **L. ei?** Om̄is. **M. q̄**
 ceciderit sup lapidē istū cōquassabit̄. sup quē aut̄ ceciderit cōmi-
 nuet et oteret eū **Et** cum audissēt p̄ncipes sacerdotū et pharisei
 parabolas eius cognouerūt q̄ de ip̄is diceret **Et** q̄rentes eum
 tenere et. **L. mittere** in illū manus in illa hora timuerūt populuz
 quia. **M. sicut** p̄bam illū hēbant et relicto eo abierunt

De veste nuptiali. M. xxiij. Cōsonat. L. sup. xliij. cū. gl. iij. Ca. xxiij.

Transiens ih̄s dixit itēz in pabolis eis dicēs **Sile** factū
 est regnū celoz homi regi qui fecit nuptias filio suo **Et**
 misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias et nole-
 bāt venire. **Itēz** misit alios suos dicēs dicite inuitatis ecce p̄a-
 diū meū parauī. thauri mei et altilia occisa et om̄ia parata v̄ite
 ad nuptias **Illi** aut̄ neglexerūt et abierūt ali⁹ in villā suā alius
 ad negociationē suā. reliqui d̄o tenuerūt seruos ei⁹ et contumelia
 affectos occiderunt **Rex** aut̄ cū audisset iratus est et missis exer-
 citib⁹ suis p̄didit homicidas illos et ciuitatē illoz succēdit **Tūc**
 ait h̄is **Nuptie** q̄dē parate sūt sed qui inuitati erāt nō fuerūt di-
 gni **Ite** ergo ad exitus viarū q̄ quoscūqz inueneritis vocate ad
 nuptias **Et** egressi serui ei⁹ in vias cōgregauerūt om̄es quos in-
 uenerūt malos et bonos et implete sūt nuptie discūbentiū **In-**
 travit aut̄ rex vt videret discūbentes et vidit ibi hoiem nō vesti-
 tum veste nuptiali. et ait illi **Amice** quō huc intrasti nō h̄is vestē
 nuptiale? **At** ille obmutuit **Tūc** dixit rex ministris. ligatis pedib⁹
 bus q̄ manibus mittite eū in tenebras exteriores **Ibi** erit fletus
 et stridor dentū **Multi** enī sunt vocati pauci vero electi.

De tributo reddendo cesari. M. xxiij. R. xij. L. xx. Ca. xxiij:

Tūc. **M. abeūtes** pharisei cōsiliū inierūt vt capent eū in
 sermone. et. **L. obfuentes** miserūt insidiatores quosdam
R. et phariseis discipulos. **M. suos** cum herodianis. **L.**
 qui se iustos simularēt vt eū capent in d̄bo et traderent p̄ncipal-
 tui et potestati p̄sidis. **Qui. R. venētes** interrogauerūt. **L. illū**
 dicentes **Magr. M. R. scim⁹** q̄a verax es? **recte. L. dicis** q̄ doces
 et nō. **M. est** tibi cure de aliq̄ et. **R. nō** curas quenqz **Nō. M. enī**
L. respicis als recipis personā homis neqz. **R. vides** in faciez h̄
L. in veritate. **M. viā** dei doces. **Licet. L. M. nobis. R. dare** tribu-
 tum cesari an non dabimus. **R. Considerans. L. autem** volū il-
 lozum sciens versuciam eorum et cognita. **M. ihesus** nequicia
 eorum **Ait** **Quid. R. me** tentatis ypocrite? **Ostendite** mihi num-
 misma census **Differte. R. mihi** denarium. **L. vt** videam?

Monotesteron sine

**De. M. illi. R. obtulerūt ei denariū Et ait illis ihs Cui. M. ē ima-
go hec et subscriptio ei? Cui. L. habz imaginez et suscriptionē?
Et rōdētes. L. dixerūt ei Cesaris. M. R. Tūc. M. R. ait. L. illis red/
dite ergo q̄ sūt cesaris cesari et que sūt dei deo et. L. nō potuerūt
rephendere verbū eius corā plebe Et. M. audientes mirati sunt
omēs. R. sup eo et mirati. L. sūt in rōso eius et tacuerūt. 7 relicto
eo. R. abierunt**

De muliere septēuira. M. xij. R. xij. L. xx.

Ca. xxv

In illo. M. die Accesserūt ad eū saducei qui dicūt nō esse resurre/
ctionē et interrogauerūt eū dicētes Magr moyses dixit et. R. scri/
psit. L. nob. **Et. R. si. L. cui. M. frater mortu? fuerit et dimiserit
vxoze et filios nō reliqrit vt. M. ff. R. ei. L. ducat vxoze illius et
suscitet semē fři suo Et erāt g° apud nos septē fřes Et p̄m° vxoze
ducta defūctus est sine. L. filijs nō. R. relicto semine 7 nō. M. hñs
semē reliq̄t vxoze fři suo S̄l̄r scōs accepit. R. eā et mortuus est
sine. L. filio et nec. R. iste reliq̄t semē et. R. terci. L. s̄l̄r. M. accepit
L. eā vsqz. M. ad septimū et. R. acceperūt eā septē et nō. L. reliq̄/
rūt semē et. L. mortui sūt Nouissima. M. R. oim mortua ē 7 mlier
In resurrectione ergo eoz cui? erit vxoze. si quidē septē habuerūt
eā vxoze? Et rōdēs ihs ait illis Nonne ideo erratis nesciētes
sc̄pturas neqz virtutē dei filij. L. hui? sc̄li nubēt 7 tradunt ad nu/
ptias Illi dō qui digni habebunt sc̄o illo 7 resurrectione ex mor/
tuis nō nubēt neqz. M. nubent. R. neqz. L. ducūt vxozes neqz eni
vltra mori poterūt Equales. M. R. eni āgelis sūt. et. M. sūt āgeli
dei in celo. et. L. filij sūt dei cū sint filij resurrectionis Quia vxo re/
surgēt mortui De. R. mortuis. M. q̄ resurgāt et moyses. L. ostē/
dit sec? rubū sic dixit dñm deū abzaā deū ysaac et deum iacob
Nunq̄. R. legistis in libro moyfi qđ. M. dictū est a deo dicente
vobis Ego sū de? abzaā deus ysaac et de? iacob Deus. L. M. āt
R. nō est mortuoz sed viuētū Omēs eni viuūt ei. Nos. R. ēgo
multū erratis Et. M. audietes turbe mirabant in doctrina eius
Rōdentes. R. aut quidā scribarū dixerūt Magr bene dixistis. L.
amplius nō audebant eum quicqz interrogare.**

De dilectioe xpi ex toto corde. M. xij. R. xij. de q̄ et. L. x. C. xxvi

Pharisei. M. autem audientes q̄ silentiuz imposuit sadu/
ceis conuenerunt in vnuz Et accessit. R. vnus de scribis
legis. M. doctor qui. R. audierat illos oqrētes et vidēs
q̄ bñ illis rōderit interrogauit tentās. M. eū Magr qđ ē mādatū
magnū. R. p̄m. M. i lege. M. oim. R. Rōdit. R. ei ihs. M. q̄ p̄m oim

mādatū ē Audi israel dñs deus tuus deus vnus est Et diliges
 dñm deū tuū ex toto corde tuo et ex tota aia tua ⁊ ex tota mē/
 te tua et ex tota virtute tua hoc. *M. est. R. p̄mū ⁊ maximū manda*
 tū Scdm file est huic Diliges primū tuū sicut te ip̄m. maius. *R.*
 horū aliud mādatū nō est In his. *M. duobus mādatīs tota lex*
 pendet et p̄be Et. *R. ait illi scriba Magr bene in x̄itate dixisti*
 q̄a vnus est de⁹ et nō est alius p̄ter ip̄m ⁊ vt diligat ex toto cor/
 de et ex tota mente et ex toto intellectu et ex tota aia et ex tota
 fortitudine et diligere primū tanq̄ seip̄m maius ē omnibus ho/
 locaustomatibus et sacrificijs Ihs aut vidēs q̄ sapient̄ respō
 disse ait illi Nō longe es a regno dei.

De quadā interrogatōne phariseorū. L. xviij

Et alia interrogatōe cui⁹ est x̄ps filius. *M. xxiij. R. xij. L. xx. C. xxvij*
Interrogatus. L. aut a phariseis qm̄ venit regnū dei ⁊ respōdit
 eis et dixit Nō venit regnū cū obfuatione neq̄ dicēt Ecce hic
 aut ecce illic. Ecce enī regnū dei intra vos est Cōgregatis. *M. at*
 phariseis Interrogauit eos ihs dicēs. quid vobis videt̄ de x̄po?
 cuius filius est? Dicūt ei dauid. Et. *R. r̄ndens iesus dicebat do*
 cens in tēplo Quō ergo dicūt scribe x̄pm fillū dauid cui ip̄e da
 uid dicebat in spū sc̄o Dixit dñs dño meo sede a dextris meis
 Donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū? Quō ergo da
 uid in spū in. *L. libro psalmoz Vocat. M. eū dñm et. R. vñ Quō*
L. est filius eius. Et nemo. M. poterat r̄ndere ei x̄bū Et. R. mlta
 turba libenter eū audiebat. neq̄. *M. ausus fuit quisq̄ eū āplius*
 et illa die interrogare. *(R. xij. L. xx. Ca. xxvij.)*

De doctrinis phariseorū audiēdis. M. xxiiij.

Tunc. *M. ihs locutus ē ad turbas et ad discipulos suos*
 et dicebat eis in doctrina sua **Sup. M. cathedrā moysi**
 sederūt scribe et pharisei Om̄ia ergo quecunq̄ dixerint
 vobis seruate et facite. s̄m x̄o opa eorū nolite facere **Dicit enī**
 et nō faciūt **Alligant aut onera graua et importabilia et impo**
 nūt in humeros hoīm. digito aut suo nolūt ea mouere **Om̄ia x̄o**
 opera sua faciunt vt videantur ab hominibus **Attendite. L. et**
 caute **R. a scribis Dilatāt. M. enī philacteria sua ⁊ magnificant**
 fimbrias **Volunt. L. R. in scolis ambulare. amat. M. R. L. autem**
 primos recubitus in cenis et. **L. conuiujs. primas. M. L. cathe**
 dras in synagogis. et in primis cathedris sedere in synagogis
 et. **M. salutationes. R. L. in foro qui. R. L. deuorant domos vi**

Monotesteron sine

duarum sub obtentu. **R.** plixie orōnis simulātes. **L.** longā orōem. **H.** accipiūt damnationē maiorē et. **R.** plixius iudiciū. **Amāt.** **M.** vocari rabbi. vos autē nolite vocari rabbi. **Vnus** est enī magr̄ v̄r̄. **O**mnes autē vos fr̄es estis. et p̄rem nolite vobis vocare sup̄ terrā. **Vnus** est enī pater v̄r̄ qui in celis est. **Non** vocemini magr̄i q̄a magr̄ v̄r̄ vnus est xp̄s. **Qui** maior est v̄r̄m erit minister v̄r̄. **Qui** autē se exaltauerit. humiliabit et qui se humiliat exaltabitur.

De re multiplici. **M.** xxiiij. **L.** xi. et. xiiij. **C.** xxxij

Quamuis ista re
ponantur sub eo
contextu videtur p̄
euangelistas. po
test tamen dici q̄
diuersis tempori
bus fuerunt pre
videtur.

QUAE. **M.** vobis scribe et pharisei ypocrite qui clauditis regnū celoz̄ aī homies. vos enī nō intratis nec introeuntes finitis intrare. **Ne** vobis scribe et pharisei ypocrite qui comeditis domos viduarū lōga orōne orantes. p̄p̄ hec amplius accipietis iudiciū. **Ne** vobis scribe et pharisei ypocrite q̄ circuitis mare et aridā vt faciatis vnū p̄selitū et cū fuerit fact⁹. facitis eū filiū gehēne duplo q̄ vos. **Ne** vob̄ duces ceci qui dicitis quicūq̄ iurauerit p̄ tēplū nihil est. **Qui** autē iurauerit in auro tēpli debet. **Stulti** et ceci. q̄d enī maius est aurū an templuz̄ q̄d sanctificat aurū? **Et** quicūq̄ iurauerit in altari nihil est. qui autē iurauerit in dono q̄d ē sup̄ illud debet ceci. **Quid** enī maius ē donū. an altare q̄d sanctificat donū? qui ergo iurat in altari iurat in eo et in oibus q̄ sup̄ illud sūt. **Et** qui iurat in tēplo iurat in illo et in eo qui habitat in ip̄o. **Et** qui iurat in celo iurat in throno dei. **Et** in eo qui sedet sup̄ euz̄. **Ne.** **M.** vob̄ scribe. **L.** et pharisei ypocrite qui decimatis mentā et anetū rutā. **L.** et ciminū. **M.** et om̄e. **L.** ol⁹ et relinquitis. **M.** **L.** que grauiora sunt legis. iudiciū ⁊ miām. et fidem et charitatē dei. **h**ec autē oportuit facere et illa nō omittere. **Duces.** **M.** ceci excolātes culicē. camelū autē glutientes. **Ne.** **L.** vobis pharisei qui diligitis p̄mas cathedras in synagogis ⁊ salutationes in foro. **Ne** vob̄ qui estis vt monumēta q̄ non apparent et homies ābulantes nesciūt. **R**ūdēns autē quidā ex legisperitis ait illi **Magr̄.** **h**ec dicēs etiā nobis cōtumeliā facis. **R**at ille ait. **Et** vobis legisperitis ve qui oneratis hoies oneribus que portare nō p̄t̄ ⁊ ip̄i vno digito nō tāgitis sarcinas. **Ne.** **M.** vobis scribe et pharisei ypocrite qui mūdatis q̄d deforis est calicis ⁊ parabidis. intus autē pleni estis rapina et immūdia. **Pharisee** cece munda pus q̄d intus est calicis et parabidis vt fiat illud q̄d deforis est mundū. **Ne** vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite qui siles estis sepulcris dealbatis q̄ foris apparēt hoib⁹ speciosa int⁹.

aūt sūt plena ossibus mortuoz et omī spurcicia Sic et vos qdē a foris apparetis homibus iusti. intus aūt pleni estis ypocrisi et iniquitate **Me. M. vobis. L. scribe et pharisei ypocrite qui edificatis sepulcra pphaz. p̄res. L. aūt v̄ri occiderūt illos. et ornatis. M. monumēta iustozū Et dicitis si fuissetis in dieb' p̄m n̄roz. nō essemus socij eozū in sāguine ppharū Itaq; testionio estis vob met ip̄is. et. L. p̄fecto testificamini qd consentitis opib' p̄m v̄rozū qz. M. filij eoz estis qd pphas occiderūt. qm̄ qdē. L. ip̄i eos occiderūt Nos aūt edificatis eoz sepulcra et. M. vos implete mensuram p̄m v̄roz. Serpētes genimina viperarū quō fugietis a iudicio gehēne? p̄pterea. L. et sapia dei dixit Ecce. M. ego. L. mitto ad vos pphas et ap̄los. L. et sapiētes. M. et scribas et. M. ex illis L. occidetis et crucifigetis et ex eis flagellabit. in synagogis vestris. et p̄sequimini de ciuitate in ciuitatē vt veniat sup vos et iniquitatis. L. om̄is. M. sanguis iustus. sanguis. L. oim pphaz qui effusus est sup. M. terrā a constitutione. L. mūdi a generatione ista. a sāguine abel iusti vsq; ad sāguinez zacharie filij. M. barachie quē occidistis et L. perijt inter templū et edem. R. et altare Ita dico vobis req̄ret ab hac generatione Amē. M. dico vobis venient hec om̄ia sup generationē istā Ne vobis legis p̄tis qui tulistis clauē scie. ip̄i nō introistis et eos qui introibāt. phibulistis Cū hec ad illos dicēt ceperūt pharisei et legis p̄ti grauit̄ insistē et os ei' opprimere de multis. insidiātes ei. et q̄rentes aliqd cape ex ore eius vt accusarēt eū **Ihrlm. M. ihrlm. L. xij. que occidis pphas et lapidas eos qui ad te missi sūt Quoties volui ogregare filios tuos quēadmodū gallina ogregat pullos suos sub alas suas et auis. L. nidū suū sub pennis et. M. noluisti. L. Ecce relinquet vobis domus vestra deserta Dico enī vobis nō me videbit. amodo donec veniat. L. M. hora cum dicitis B̄n̄dictus qui venit in nomine domini.****

(Luc. xi. Ca. xxx.)

De vidua duo minuta offerente. R. xij.

Et. R. sedens ih̄s extra gazophilaciū aspiciēbat eos qui mittebāt munera sua in gazophilaciū quomō. R. turba iactabat es et multi diuites iactabāt multa Cū venisset aūt vna vidua paup. misit duo minuta qd est quadrans **Vidit L. aūt ih̄s paupculā illā viduā mittentē era duo minuta Et cōuocatis. R. discipulis suis ait illis Amen vere. L. dico vobis qm̄**

Monotesteron siue

R. **L.** vidua hec paup plus oibus misit qui miserūt in gazophila
cū **D**ēs eni ex eo qđ abūdabat illis miserūt in munera dei hęc
aūt ex eo qđ illi deest **r.** **R.** de penuria sua omnia que habuit misit
totū victum suū (Hierusalē. **M.** **xxiij.** **R.** **xij.** **L.** **xxi.** **Ca.** **xxx.**)

De edificio tēpli et cōminatione euerſionis

Egressus. **M.** ihs de tēplo ibat et **R.** cū egredereſ **P**
ceſſerūt. **M.** discipuli eius vt oñderent ei edificacionez tē
pli **E**t qđusdā. **L.** dicētibz de tēplo qđ bonis lapidibus
et donis ornatū esset **D**it. **R.** illi vnus ex discipulis suis **M**agister
aspice q̄les lapides **r** quales ſtructure. **I**pe. **M.** at rñdēs ait eis
Videte hec oia et. **R.** magnas edificaciones **D**ñe. **M.** dico. **R.**
L. vobis veniēt. **L.** dies in qđbus non. **M.** relinquet. **R.** **L.** hic lapis
sup lapidē qui nō deſtruat **S**edēte. **M.** **R.** aūt eo sup montez oli
ueti otra tēplū **A**ccesserūt. **M.** ad eū discipuli ei⁹ secreto et. **R.** in
terrogabāt eū sepatim **P**etr⁹ et **J**acobus et **A**ndreas et **i**ohēs
dicētes. **M.** **D**ic nobis p̄ceptor. **L.** qñ hec erūt et. **R.** hec fient. et
M. qđ. **R.** **L.** signū aduētus tui et oſūmatōis ſclī. et. **R.** qđ signū
L. cū hec fieri incipiēt et oſūmari. **R.** **E**t. **M.** rñdēs. **R.** **L.** ihus di
xit **V**idete ne q̄s vos ſeducat. multi veniēt in noīe meo dicētes.
Ego ſū xp̄s et multos ſeducēt et. **L.** t̄ps appropinq̄bit. **N**olite
ergo ire poſt illos **A**udituri. **M.** enī eſtis p̄lia et opiones p̄relioz
Eū at. **R.** **L.** audieritis p̄lia et ſeditiones nolite freri. **V**idete. **M.**
ne turbemini oportet. **M.** **R.** enī p̄mū hec fieri ſed nō dū ſtatim fi
nis. **T**ūc dicebat illis. **S**urget gēs otra gentē et regnū aduēſus
regnū et terremot⁹ magni erūt p̄ loca et peſtilētie et fames t̄ro
res qđ de celo et ſigna magna erūt. **H**ęc. **M.** aūt. **R.** oia initia ſūt
doloꝝ **V**idete. **R.** at voſmet ip̄os **S**ed. **L.** añ hec omnia inſcient
vobis man⁹ ſuas p̄ſequent tūc. **M.** tradēt vos in tribulationē et
occident vos **T**radēt. **R.** **L.** enī vos in ocilijs et in ſynagogis ſu
is vapulabitis. et añ reges et p̄hodes ſtabitis p̄pter me p̄pter **L.**
nomē meū. **C**ōtingit aūt vob in teſtimoniū illis. **R.** et eritis. **M.**
odio oibus gētibus p̄pter nomē meū **E**t tūc ſcādaliſabunt mlti
et inuicē tradēt et odio habebūt inuicē **E**t multi p̄ſeudo p̄phete
ſurgent et ſeducēt multos **E**t qm̄ abundabit iniq̄tas refrigeſcet
charitas multoz **Q**ui aūt p̄ſeuerauerit vſqz in finē hic ſalu⁹ erit
Et p̄dicabit hoc euāgeliū regni in vniuerſo mūdo. et in omnes
gētes p̄mū oportet p̄dicari euāgeliū in. **M.** teſtioniū oibus gen

Hoc videtur tā
gere penas pec
catorum nouiſſi
morum temporū

tibus **Et** tūc veniet cōsumatio **Et. R.** cū duxerint vos tradentes ponite. **L.** in cordib' vris nō p̄meditari quēadmod' rīdeat. **No** lite. **R.** p̄cogitare q̄d loq̄mini. **Nō** enī vos estis loquētes sed sp̄s/ scūs **Ego. L.** enī dabo vob os et sapiam cui nō poterūt resistere et tradicere om̄es aduersarij vri **Tradet. R.** aut̄ frater fr̄em in mortē et p̄f filiū et cōsurgēt filij in p̄ntes. et morte eos afficient **Trademini. L.** enī a p̄ntibus et fr̄ib' et amicis et cognatis et erit̄. **L. R.** odio om̄ib' hoibus p̄pter nomē meū et. **L.** capillus de capite v̄ro nō p̄bit **Qui. R.** aut̄ sustinuerit vsq; in finez hīc salu' erit **In** pacia. **L.** v̄ra possidebitis aias v̄ras **Cū. M.** ergo. **R.** v̄deritis abominationē desolationis q̄ dicta est a daniēle p̄pheta stantē in loco sc̄o vbi. **R.** nō debz qui. **M. R.** legit intelligat **Eum** **L.** aut̄ videritis circūdari ab exercitu ih̄rlm tūc scitote qz appropinquabit desolatio ei' **Tūc. M. R.** qui. **L.** in iudea sūt fugiāt ad mōtes. et. **M.** qui. **R.** in tecto nō descendāt aliq̄d tollere de domo sua. et q̄ in agro nō reuertat̄ tollere tunicā suā et. **L.** qui in medio eius sūt discedāt. et qui in regionib' nō intrēt in eā qz dies vltio nis hī sūt vt impleant̄ oia q̄ sc̄pta sūt **Ne** at̄. **M. R. L.** p̄gnatib' et nutriētibus in illis diebus **Orate. M. R.** ne fiat fuga v̄ra h̄yeme vel sabbo **Erit. L.** enī p̄sura magna sup terrā et ira populo huic **Et** cadēt in ore gladij et captiui ducent̄ in om̄es gentes et h̄rlm calcabit̄ a gentibus donec impleant̄ t̄pa nationū

De signis iudicij. M. xxxiii. R. xlii. L. xviij

et xxi. ac. xij

Caplm. xxxij.

Et. **L.** ait ad discipulos suos veniet t̄p̄s qm̄ desiderabit̄s v̄dere vnū diē filij homis et non videbitis **Erit. M.** enī tūc tribulatio magna. **Erit. R.** aut̄ dies illi tribulati/ onis et tales q̄les nō fuerūt ab initio creature quā cōdidit de' vsq; nūc neq; sient **Et** nisi abbreviasset d̄ns dies illos nō fuisset salua omnis caro h̄ p̄pter electos quos elegit d̄ns abbreviabit dies **Et. L.** dicēt vobis **Ecce** hic ecce illic **Tunc. M. si. R.** q̄s vob dixerit **Ecce** hic est xp̄s aut̄ illic. nolite credere. nolite. **R.** ire neq; sedemini **Surgēt. M. R.** enī pseudo xp̄i et pseudo p̄phe et dabūt signa magna et p̄digia et portenta. **R.** ad seducēdos si fieri p̄t etiā electos **Ita. M.** vt in errozē ducant̄ si fieri p̄t etiā electi **Ego** p̄dixi vob om̄ia. vos ergo videte **Si** ergo. **M.** dixerint vob **Ecce** in dextro est nolite exire **Ecce** in penetrabilib' nolite credere **Nā** **L.** sic fulgur exiit. **M.** ab oriētē coruscans. **L.** de sub celo in ea que

possūt hec intel
ligi dicta diuersis
vicib' licet sonēt

Monotesseron siue

sub celo sūt fulget et apparet. **M.** vsqz in occidentē. ita. **L.** erit filius
homis et aduētus. **M.** in die. **L.** sua. **I**bicūqz. **M.** fuēit corp⁹ illuc
ogregabunt et aqle. **P**rimū. **L.** aut oportet illū multa pati et re-
parari a generatione hac. **S**tati. **M. R.** at post tribulationē dierū
Moz sol obscurabit. et luna nō dabit lumē suū ⁊ stelle cadent de
celo. **E**t. **L.** erūt. xxi. signa in sole ⁊ luna et stellis ⁊ in terris p̄sura
gentiū p̄ ofusione sonitus maris ⁊ fluctuū arescētib⁹ hoibus pre
timore et expectatione q̄ supueniēt vniuerso orbi. **E**t. **M.** vntes
L. celoz et **R.** que sub celo sūt mouebunt. **M. R. L.** Et tūc. **M.** ap-
parebit signū filij homis in celo et. **M.** tūc. **R. L.** plangēt se omnes
tribus t̄re. **E**t tūc videbūt filiū hois venientē in nube cum p̄tate
magna. **R. L.** et gloria. **R.** et maiestate. **L. M.** Et mittet. **M. R.** āge-
los. cū tuba et voce magna et ogregabūt electos a quoz v̄tis
a sūmis celoz vsqz ad t̄minos eoz. a. **R.** sūmo t̄re vsqz ad sūmū
celi. **A**b. **M.** arboze. **R.** ficid discite pabolā. **C**ū iaz ramus ei⁹ tener
fuerit et folia nata. cognoscitis. **R.** qz in primo sūt estas. **H**is. **L.**
aut fieri incipiētib⁹ respicite ⁊ leuate capita v̄ra qm̄ appropinqt
redēptio v̄ra. **E**t dixit illis silitudinē. **V**idete ficulneā et om̄s ar-
bozes cū pducūt iā ex se fructū. scitote qz p̄pe est estas. **I**ta. **M.** ⁊
L. vos. **R.** cuz videritis hec fieri scitote qz p̄pe. **M.** est et in ianuis
et hostijs. **R.** regnū. **L.** dei. **A**mē. **L. M. R.** dico vob̄ qm̄ nō trāsbūt
generatio hec. donec oia fiāt. **C**elū et t̄ra trāsbūt. **V**ba autē mea
nō trāsbūt. **A**ttēdite. **L.** aut vobis ne forte grauent̄ corda v̄ra
crapula et ebrietate et curis hui⁹ vite et supueniat sup vos repē-
tina dies illa. **T**anqz enī laqus supueniēt in om̄es qui sedent sup
faciē om̄is t̄re. **D**e. **M.** die. **R.** aut et hora illa nemo scit neqz āglī
celoz neqz. **R.** filius nisi solus p̄. **S**icut autē. **L.** fuit. xvij. in dieb⁹
noe ita erit in dieb⁹ aduētus. **M.** filij hois. **S**ic enī erāt ante dilu-
uū comedētes et bibentes. nubētes et nuptui tradētes. edebant
L. et bibebāt et vxozes ducebāt. et dabant ad nuptias vsqz ad
eū diē in quo intrauit in arcā noe et non ognouerūt donec vēit
diluuisi et tulit et p̄didit. **L.** oēs. **M.** **I**ta erit aduētus filij homis
Sitr. **L.** sicut f̄m est in dieb⁹ loth edebāt et bibebāt emebant et
vendebāt plātabāt et edificabāt. **Q**ua die aut exiuit loth a 30/
domis pluit d̄ffis ignē et sulphur de celo et oēs p̄didit. **S**m̄ **B** erit
qua die filius hois reuelabit. in die illa qui fuerit in tecto et vasa
eius in domo ne descēdat tollere illa. **E**t qui in agro sitr nō rede-
at retro. **M**emores estote vxozis loth. **Q**uicūqz q̄sierit aiā suā
saluā facere p̄det illā. **E**t quicūqz p̄viderit eam viuificabit illam

Dico. L. vobis. **M.** In illa nocte erūt duo in lecto. vnus assumeſt et alter relinquet. **D**uo erūt molētes in vnū. in L. mola vna assu metur et altera relinquet. **D**uo in agro vn' assumeſt et alē relinq tur Rñdentes dicūt illi. **V**bi dñe? Qui dixit illis **V**bi cūq; fuerit corp' illic cgregabunt et adle **V**igilate. L. xxi. itaq; omi tpe orā tes vt digni habeamini fugere omnia ista que futura sunt et stare ante filiū hominis

(Ca. xxxiij.)

De vigilia et orōne .M. xxxiij .R. xliij. L. xlii.

Videte. **R.** vigilate et orate nescitis enī qñ tpus sit **S**icut veni hō qui pegre pfectus reliqt domū suā et dedit suis suis potestate cuiusq; opis et ianitori pcepit vt vigilaret **V**igilate ergo nescitis enīz qñ dñs dom' veniat sero an media nocte an gallicantu an mane. **N**e cū venerit repēte inueniat vos dormiētes **Q**d aut vobis dico. oibus dico. vigilate. **S**int. L. lū/ bi vři p̄cincti et lucerne ardētes in manib' vřis **E**t vos similes hoib' expectātibus dñm suū qñ reuertat a nuptijs vt cū venerit et pulsauerit c̄festim apiant ei **B**ti sūt hui illi q̄s cū venerit dñs inuenerit vigilātes **A**mē dico vob q̄ p̄cinget se et faciet illos dis cūbere et trāsiens ministrabit illis **E**t si venerit in sc̄da vigilia et si in tertia vigilia venerit et ita inuenerit. **B**ti sūt hui illi **V**igila/ te. **M.** ergo qz nescitis qua hora dñs vř v̄turus sit **H**oc. **M.** aut **L.** scitote qm̄ si sciret p̄familias qua hora fur veniret vigilaret vřiq; et nō sineret pfodi domū suā **E**t vos estote parati quia q̄ hora nō putatis fili' hois veniet **M**it. **L.** aut ei petr'. **D**ñe ad nos dicis hāc pabolā an et ad omes? **D**ixit aut dñs **Q**uis pu/ tas est fidelis dispensator et prudēs quē c̄stituit dñs sup fami/ liā suā vt det illis cibū in tpe. in tpe. **L.** tritici mensuraz? **B**tis. **L.** **M.** ille suus quē cū venerit dñs inuenerit sic facientē **A**mē. **M.** **L.** dico. **M.** vobis sup oia bona q̄ possidet c̄stituet eū **S**i. **M.** aut. **L.** dixerit male ille suus in corde suo. morā facit dñs meus venire et cepit pcutere c̄seruos suos. pueros. **L.** et ācillas et edere et in/ ebrari. māducet autē et bibat cū ebriosis **V**eniet. **L.** **M.** dñs hui illi' in die qua nō spat et hora qua nescit. et diuidet eū. p̄tē q̄ ei' cū infidelib' ypocritis. **M.** ponet **I**bi erit flet' et stridor dentiu. **I**lle. **L.** aut suus qui c̄gnouit volūtate dñi sui et nō se p̄parauit et nō fecit p̄m volūtate ei' plagis vapulabit multis **Q**ui autez nō c̄gnouit et fecit digna plagis vapulabit paucis **O**m̄i at cui multū datū est multū q̄ret ab eo. et cui c̄mendauerūt multū pl'

¶ Possunt hec in telligi posita per rememorationem

Monoteſſeron ſiue

petēt ab eo Ignē veni mittere in terrā Et qđ volo niſi vt accēdat
Baptiſmo hēo baptiſari et quō coartoz vſq; dū pficiaſ. Puta/
tis qz pacē veni dare in terrā. non dico vob; ſ; ſepationē Erūt ex
hoc qnq; in vna domo diuiſi. tres in duos; duo i tres. Diuideſ;
p̄r in filiū et fili; in p̄rem ſuū Et m̄r in filiā et filia in m̄ez; Soci;
in nurū ſuā et nur; in ſocrū ſuā. (mō iudicij **M xxv. Ca. xxiiij.**)

De decē virginibus et de decē talentis et de

Tunc ſimile eſt regnū celoꝝ decē vginib; q; accipiētes lā/
pades ſuas exierūt obuiā ſpoſo et ſponſe. Quinq; at; ex
eis erāt fatue et qnq; prudētes. ſ; qnq; fatue accepti. lā/
padib; non ſūperūt oleū ſecū. Prudētes vō acceperūt oleū in
vafis ſuis cū lāpadib; Moꝝā aut; faciēte ſpoſo dormitauerūt oēs
et dormierūt. Media aut; nocte clamoz ſcūs eſt Ecce ſpōſus vēit
exite obuiā ei. Tūc ſurrerūt oēs vginēs ille; et ornauerūt lāpa/
des ſuas. Fatue aut; ſapiētib; dixerūt Date nob; de oleo vſo qz
lāpades n̄re extinguit. Rñderūt prudētes dicētes De forte nō
ſufficiat nobis et vobis ite poti; ad vendētes; et emite vobis. Dū
aut; irēt emere venit ſpōſus et q; parate erāt intrauerūt cū eo ad
nuptias. et clauſa eſt ianua. Nouiſſime vō veniūt et reliq; vginēs
dicētes. Dñe dñe aꝑi nobis. At ille rñdens ait. Amē dico vobis
Nescio vos. Vigilate itaq; qz nescitis diē neq; horā. Sicut enī
hō p̄gre pficiſcēs vocauit ſuos ſuos; et tradidit illis bona ſua
et vni dedit qnq; talēta. alij duo. alij vō vnū. vnicuiq; ſm; ppriaz;
v̄tutē et p̄fectus eſt ſtati. Abijt aut; qui qnq; talenta accepit et
opatus eſt in eis et lucratus eſt alia qnq;. Sij; et qui duo accepit
lucrat; eſt alia duo. Qui aut; vnū accepit abijt et fodit in terraz;
pecuniā dñi ſui. Poſt multū vō t̄pis venit dñs ſuoꝝ illoz; et po/
ſuit rōem cū illis. Et accedēs qui quinq; talēta accepit obtulit
alia qnq; talēta dicēs. Dñe qnq; talēta tradidiſti m̄i ecce alia qnq;
qz talēta ſuplucrat; ſū. At illi dñs ei; Euge ſue bone; et fidelis qz
ſup pauca fuiſti fidelis ſup multa te cōſtituā. Intra in gaudiū dñi
tui. Accessit aut; et qui duo talēta accepit et ait. Dñe duo talēta
tradiſti mihi. ecce alia duo ſuplucrat; ſū. At illi dñs ei; Euge
ſue bone et fidelis qz ſup pauca fuiſti fidelis ſup multa te cōſtituā
intra in gaudiū dñi tui. Accedēs aut; et qui vnū talentū accepit
ait. Dñe ſcīo qz durus es. metis vbi nō ſemiaſti. et cōgregas vbi
nō ſpariſti; et timēs. Abijt et abſcōdi talentū tuū in terrā. Ecce hēs
qđ tuū eſt. Rñdens aut; dñs ei; dicit ei. Serue male et piger ſcie

bas qz meto vbi nō semino et cgrego vbi nō sparsi. oportuit ergo te pecuniā meā cmittere numularijs et veniens ego accepissē vtiqz qđ meū est cū vsura. Tollite igit̃ ab eo talētū et date ei qui habet decē talēta. om̃i enī h̃nti dabit̃ et abū dabit. ei aut̃ qui nō habz et qđ videt̃ h̃re auferet̃ ab eo. et inutilē seruū effcite in tenebras exteriores. Illic erit fletus et stridor dentū. Cū aut̃ venerit filius hominis in maiestate sua et om̃es angeli eius cū eo. tunc sedebit sup sedē maiestatis sue et cgregabunt̃ añ eū om̃es gētes et sepabit eos ab inuicē sicut pastor segregat oues ab edis. Et statuet oues quidem a dextris. edos at̃ a sinistris. Tūc dicet rex his qui a dextris eius erūt Venite benedicti p̃ris mei possidete paratū vobis regnū a cstitutione mundi Esuriui enī et dedistis mihi māducare. sitiui et dedistis mihi bibere hospes erā et collegistis me. Nudus erā et coopuistis me. infirmus et visitastis me In carcere erā et venistis ad me. Tūc r̃ndebunt ei iusti dicentes Dñe qñ te vidimus esurientē et pauimus. sitientē et dedim⁹ tibi potū? qñ aut̃ te vidimus hospitē et collegimus Aut nudū et coopuimus te? Aut qñ te vidimus infirmū aut in carcere et venim⁹ ad te? Et r̃ndēs rex dicit illis Amē dico vobis qđ diu fecistis vni de his s̃ribus meis minimis mihi fecistis. Tunc dicet et his qui a sinistris eius erūt. Discedite a me maledicti in ignem eternū qui paratus est diabolo et angelis eius. Esuriui enī et nō dedistis mihi māducare. sitiui et nō dedistis mihi potū. hospes eram et nō collegistis me Nudus et nō operuistis me Infirmus et in carcē et nō visitastis me. Tūc r̃ndebūt ei et ipi dicētes Dñe qñ vidim⁹ te esurientē aut sitientē aut hospitē aut nudū aut infirmū aut in carcere et nō ministrauimus tibi? Tūc r̃ndebit illis dicēs. Amen dico vobis. qđ diu non fecistis vni de minoribus his. nec mihi fecistis. et ibunt hi in suppliciū eternū Iusti aut̃ in vitā eternā.

De mō christi in docēdo L. xxi. et de obsti

natione iudeorū Jo. xij.

Ca. xxxv.

ERat. L. aut̃ in diebus docēs in tēplo. noctibus dō extēs morabat̃ in monte qui vocat̃ oliueti Et om̃is populus manicabat ad eū venire in tēplo audire illū Cū. J. autē tāta signa fecisset corā illis nō credebāt in eū vt sermo ysaie cōpleret̃ quē dixit Dñe q̃s credidit auditui ñro? et brachiū dñi cui reuelatū est? Propterea nō poterāt credere qz iterū dixit ysaias Et excerauit oculos eoz et indurauit cor eoz vt nō videāt ocu

Potest hoc intel ligi positum hic per rememoratio nē quando sequitur ad ea q̃ chz̃ stus dixit Ante sex dies pasche.

Monotefferon siue

lis et intelligant corde et conuertantur et sanem eos **H**oc dixit ysaias qñ vidit gloriã eius et locutus est de eo **V**erũtamẽ ex pñcipibus multi crediderũt in eũ sed ppter pharizeos nõ cõfitebãt vt de synagoga nõ eijcerent **D**ilexerũt eni gloriã hoim. magis q̃ gloriã dei **I**hus at clamauit et dixit **Q**ui credit in me nõ credit in me sed in eũ qui misit me **E**go lux in mundũ veni vt om̃is qui credit in me. in tenebris nõ maneat et si q̃s audierit vba mea et custodierit ego nõ iudico **N**õ eni veni vt iudicẽ mundũ sed vt saluũ faciã mũdũ **Q**ui sp̃nit me et nõ accipit vba mea. habet q̃ iudicet eũ. **S**ermo quẽ locut⁹ sũ ille iudicabit eũ i nouissimo die. qz ego ex meip̃o nõ sũ locutus sed qui misit me p̃r. ip̃e mihi mãdatũ dedit quid dicã et quid loquar **E**go scio qz mandatũ eius vita eterna ẽ. **Q**ue ergo ego loquor sicut dixit mihi pater sic loquor.

De festo azimozũ appropinquãte. M. xxvj.

R. xiiij. L. xxij. J. xiiij.

Ca. xxxvi.

Hec ẽ dies mercurij ante diez venenis sandam

Appropinqbat. L. at dies festus azimozũ qui dicitur pascha **E**rat. R. aut pascha et azima post biduũ. **E**t. M. factus est cũ cõsumasset ih̃us sermones hos om̃es dixit discipulis suis. **S**citis qz post biduũ pascha fiet et fili⁹ hominis tradetur vt crucifigat⁹? **T**ũc cõgregati sũt pñcipes sacerdotũ et seniores in atriũ pñcipis sacerdotũ qui dicitur cayphas et cõsiliũ fecerunt **E**t R. q̃rebãt. L. sũmi sacerdotes et scribe quõ eũ dolo tenerẽt et occiderẽt. timebãt **L.** vero plebẽ **D**icebãt. **M.** R. aut non in die festo ne forte tumult⁹ fieret in populo **I**ntrauit. **L.** aut sathanas in iudaz qui cognominat⁹ scarioth vnũ de duodeci. **T**ũc. **M.** abijt. **R.** L. vnus de duodeci ad pñcipes sacerdotũ et sũmos. **R.** sacerdotes vt pderet eũ illis **E**t **L.** locut⁹ est cũ pñcipibus sacerdotũ et magistratib⁹ quẽadmodũ illũ traderet eis. et ait. **M.** illis **Q**uid vultis mihi dare et ego vob eũ tradam? **Q**ui. **R.** L. audietes gauisi sũt et pmiserũt. et pacti. **L.** sũt pecuniã illi dare **A**t illi cõstituerũt ei ẽginta argẽteos et spopõdit **E**t. **M.** exinde. **R.** L. q̃rebat oportunitatẽ vt euz oportune. **R.** traderet sine. **L.** turbis. **A**n. **J.** diem festũ pasche sciẽs ih̃s q̃a venit hora ei⁹ vt trãseat ex hoc mundo ad p̃rem. cũ dilexisset suos qui erant in mũdo in finẽ dilexit eos.

Hec est dies Joannis in cuius vespere fiebat esus agni. et hec vocatur prima dies azimorum.

Tertia pars principalis huius cõtextus de egressu passionis et resurrectionis christi